

- Digitalisierte Fassung im Format PDF -

Spicilegium florae Lipsicae.

Johann Christian Daniel von Schreber

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib (www.BioLib.de).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie (ViFaBio) durch die [Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg \(Frankfurt am Main\)](#) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.

D. IO. CHRIST. DAN. SCHREBERI

SER. MARGGR. BRAND. ONOLZB. ET CVLMB. CONSIL. AVL.
MED. BOT. ET OEC. P. P. O. IN ACAD. ERLANG. ACAD. N. C.
ET HIST. GÖTTING. SOC. BOT. ET GEORGOPH. FLORENT.
OEC. LIPS. ET VDIN. SOD.

SPICILEGIVM
FLORAE
LIPSICAE.



LIPSIAE,
PROSTAT IN BIBLIOPOLIO DYKIANO
clio cclxxi.

V I R O
ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO
ET EXPERIENTISSIMO
CHRISTIANO GOTTLIEB
LVDWIGIO,

PHIL. ET MED. D. IN VNIV. LITT. LIPSIENSIS
THERAP. P. P. O. ORD. MED. DECANO PERP.
ACAD. DECEMVIRO, COLL. MAI. PRINCIP. ET
COLL. B. M. V. SOD. ACAD. R. BORVSS. SC. SOC.
OECON. LIPS. ET PHYS. BOT. FLOR.

SOCIO

S.

Viginti elapsi sunt anni, ex quo illustr.
BOEHMERI, nunc Prof. Vitem-
bergensis dignissimi, *Flora Lipsiae indigena*
prodiit, **TVO** potissimum consilio a Viro
doctissimo adornata, obseruationibusque et
TVIS ET HEBENSTREITII et **GLE-**
DITSCHII ita locupletata, vt nihil fere
plantarum circa Lipsiam sponte nascentium
desiderari, nihilque vltierius addi posse vi-
deretur.

Vix igitur mihi, cum ad lustrandas agri
Lipsiensis diuitias accederem, spes aliqua

supereesse poterat, vnam alteramque plantu-
lam detegendi, quae tot attentos rerum na-
turae scrutatores, eoque nomine clarissimos,
latere potuerit. Verum enim vero ea stir-
pium est conditio, vt non omnes vbiique
vna nascantur, vbi locus illarum genio
aptus deprehenditur, sed nonnullae passim
in recessus quosdam et latebras se quasi ab-
scondant, vbi non eruuntur, nisi casu et
fortuito in eas incidas. Deinde quilibet
ager, quod ad plantarum prouentum atti-
net, non idem semper, sed variis mutationi-
bus obnoxius deprehenditur, intra paucos
saepe annos euenientibus, ita vt plantae an-
tehac domesticae euaneant, aliae contra
peregrinae accedant, et quasi ciuitatis ius
sibi vindicent. Ventis enim, et aquarum
fluctibus, atque cum ipsis adeo frumentis
peregre allatis herbarum nouitarum semi-

na simul adferri solent, quae, solum natale
conueniens nocta, facile se multiplicant et
propagant. Aliae e contrario variis soli na-
talis vicissitudinibus, aquarum impetu, pe-
corum frequenti morsu extirpantur. Alias
denique non omni anno prouenire, et nunc
rarius nunc frequentius denuo nasci, notis-
sima res est. Haec omnia mecum reputans,
et Florae Lipsiensis paullo aliam, quam
quae illustr. BOEHMERICI temporibus fuit,
faciem animaduertens, non omnem spem,
nouarum plantarum potiundarum amisi.
Nec defuit mihi inquirenti nouarum ciuium
numerus, quarum obseruatione adeo dele-
ctatus sum, ut plures detegendi cupido in
dies cresceret, mihique incitamento esset,
ut per omne illud tempus, quod Lipsiae
consumsi, non modo loca iam a VOBIS aliis-
que perlustrata, denuo sub examen reuo-

carem, et in minimas praesertim plantas
operam qualemcunque meam conferrem,
sed etiam agros, prata, paludes, ripas, ne-
mora penitus perquirerem, quae vos intra
Florae Lipsiensis confinia, ad milliaris vnius
distantiam ab illustr. BOEHMERO constitu-
ta, intacta reliquisse, credibile erat. Quin
his non contentus, limites eius versus Oc-
cidentem, ut clar. BOEHMERVS versus
Orientem, paullo longius proferre, agrum-
que Ketschauicum, plantas maritimas alibi
rariores alentem, ditioni Florae Lipsiensis
subiicere non dubitaui, quod ad augendum
accessionum numerum multum omnino con-
tulit.

In hoc studio occupato magno mihi fuit
et incitamento et adiumento amicorum quo-
rundam, litterarum caussa tum Lipsiae com-
moran-

morantium consortium, qui in conquirendi plantis me sibi ducem elegerant, e quibus generosissimum ab **E R M E S**, Liuonum, **Ser. Sax. Electoris Cubicularium, Clariss. F A. B R I C I V M**, iam Hafniae Oeconomics Professorem celeberrimum, **H. L. W E R G E N I V M** denique nominasse sufficiat, virum, a cuius acumine ingenii et indefessa diligenzia fausta quaevis scientiae naturali augurari licuisset, nisi praematura mors illum nobis eripuisset.

Cum autem, ut humana fert conditio, non omnes Lipsiensis agri stirpes solus legere potuerim, non reticendi sunt, qui de quibusdam a me neglectis certioreme me facere voluerunt; Inter quos primo loco nominandus venit vir plantarum peritia inter summos Botanicos eminens, illustr. **C A S T**.

MIRVS CHRISTOPHORVS SCHMI-
DELIVS Ser. Principi nostro a consil. au-
lae intimioribus et Archiater, ob multa in
me collata beneficia mihi venerandus, qui
plurium rariorū patriae stirpium notitiam
mihi impertire voluit, quam et in colligen-
dis Lipsicis mihi profuisse ingenue fateor.
Praeterea et multorum TVORVM discipu-
lorum amicitia mihi fuit emolumento, vt
clariss. HEDWIGII M. D. Practici Chem-
nicensis meritissimi; KAPPII M. D. Li-
psiensis; AD. IVL. BOSII, M. D. et Prof.
Vitemb. rebus humanis praeinrete exemti;
et qui adhuc Lipsiae versantur, clariss. PON-
LII, A. M. et KNOLLI M. B. quibus va-
rias stirpes a me praetermissas acceptas
refero.

Non tamen facile de componendo Flo-
rae Lipsiensis supplemento cogitassem, nisi
TU, VIR ILLVSTRIS, mihi auctor fuis-
ses, ut hunc laborem in me susciparem.
VOLUNTATI TUAE ut obsequerer, maxime
me commouit cum multitudo beneficiorum,
quibus me adficere voluisti et reuerentia,
quam eo nomine **TIBI** debeo, tum spes
quaedam alicuius commodi, quod exinde
in rem herbariam redundare possit. Ex
aduersariis igitur collegi plantas operi Boeh-
meriano addendas, quas ita illi accommo-
dauit, ut et ordo et nomina eidem, quantum
opus fuit, responderent; his aliquas inter-
spersi apud clar. **BOEHMERM**, iam oc-
currentes, sed ex nuperis obseruationibus
accuratius a me definitas.

Accipe

Accipe igitur, VIR ILLVSTRIS,
hunc libellum ea benevolentia, qua semper
erga me vsus es, quaque non solum et hor-
tum et βιβλιοταμεῖον TVVM, vtrumque in-
structissimum, mihi aperuisti, sed insuper
etiam et re et consiliis me adiuuisti, mihi-
que fauere perge. Vale. Dabam Erlangae
d. ix. Iul. cclxi.

CLASSIS I.



Plantae flore perfecto, simplici, monopetalo, regulari.

TRIANTHERA MONOSTYLA.

4. 5. IRIS (*sibirica*) corollis imberibus, germibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Linn. sp. pl. p. 57. Gmel. sib. i. p. 28.*
Iris foliis linearibus, caule subnudo, petalis reflexis imberibus venosis, tubarum arcu acuminato.
Hall. hist. n. 1259.

Iris angustifolia 2. *Clus. hist. i. p. 227.*

Blauer Schwertel.

In pratis humidis *im Rosenthale* RVPP. reliquisque locis ab ill. BOEHMERO indicatis.

TETRANTHERAE MONOSTYLA E.

12. GALLIVM (*glaucum*) foliis octonis linearibus subtus glaucis, pedunculis elongatis dichotomis summo caule floriferis, caule glauco laevi. *Linn. sp. pl. p. 156.*

A

Galli-

CLASSIS I. PLANTAE

Gallium saxatile glauco folio. *Bocc. mus. 2. p. 172. t. 116.*

Frequentius in finitimae Thuringiae montosis occurrit, vere et initio aestatis florens, perennis.

13. GALLIVM (*sylvaticum*) foliis octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis, pendunculis capillaribus, caule laevi. *Linn. sp. pl. p. 155.*

Gallium caule terete, foliis octonis ellipticis *Hall. hist. n. 712.*

In Bieniz plurimisque reliquis nemoribus v. g. ad Sommerfeld, Zwenka &c.

Caulis erectus. Saepe ab imperitis pharmacopoliis male pro Matrisilva venditur.

886. GALLIVM (*rotundifolium*) foliis quaternis ovatis aculeato-ciliatis, seminibus hispidis. *Linn. sp. pl. 1. p. 108. Scop. carn. 344. no. 9.*

Gallium foliis quaternis, petiolis longissimis brachiatis, seminibus hirsutis. *Hall. hist. n. 727.*

Rubia quadrifolia s. rotundifolia laevis. *Baub. pin. 334. prodr. 145.*

Rubia quadrifolia, semine dupli hispido. *Baub. hist. 3. p. 718. Moris. hist. 3. p. 329. f. 9. t. 21. f. 4.*

Cruciata minor glabra, molluginis folio. *Barr. ic. 324.*

In der Tigliz bey Dübен. Dr. BEYLICH, pharm. Meuselwizens.

MONOPETALAE REGVL. 3

887. GALLIVM (*uliginosum*) foliis senis lanceolatis retrorsum ferrato - aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus.
Linn. sp. pl. 153. fl. suec. 2. n. 127. Gmel. sibir. 3. p. 168.

Gallium caule subaspero, foliis senis elliptico - lanceolatis aristatis *Hall. hist. n. 713.*

Gallium aquaticum, flore albo. *Barrel. ic. 82*

Gallium album minus. *Vaill. paris. 78.*

Rubia quaedam minor. *Bauh. hist. 3. p. 716.*

In pratis paludosis ad *Schoenfeld.*

888. GALLIVM (*asperum*) foliis septenis cauleque inferne pubescentibus, paniculae ramis strictis dichotomis.

Gallium foliis senis et novenis subasperis spinula terminatis. *Hall. enum. p. 460. hist. n. 715.*

Gallium album spinum multicaule angustifolium polyspermum. *Rupp. jen. 3. p. 4.*

In editioribus aridis ad *Lindenthal, am Bieniz.*

Caules debiles basi tantum ramosi, angulati, pubescentes, summitatibus laevibus. *Folia* pleraque septena linearia, apice paullo latiora, inferiora fena, at infra et ramorum sterilium quinæ, spatulata; omnia carinata, mucrone rigido terminata, villis molliusculis pubescentia; suprema sub panicula iterum fere quina, linearia, minuta, laevia. *Paniculae* rami elongati stricti, divergentes, dichotomi. *Flores* parvi albi.

889. ASPERVLA (*cynanchica*) foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis stipulatis, caule erecto, floribus quadrifidis.
Linn. sp. pl. 151.

CLASSIS I. PLANTAE

Asperula minima. *Gesn. op. 1. p. 122. t. 157.*

Gallium montanum latifolium cruciatum. *Col. ecphr.*

1. p. 296. t. 297. f. 1.

Gallium album minus. *Tab. ic. 151.*

**Rubeola vulgaris quadrifolia laevis, floribus purpureo-
centibus.** *Tourn. inst. 150.*

Rubeola Tournefortii. *Rupp. jen. 3. p. 7.*

Rubia cynanchica. *Bauh. pin. 333. hist. 3. p. 723.*

In versuris tenui gramine vestitis ad Ketschau.

**Stipulae inter folia superiora oppositae, ovatae,
acuminatae, minimae.**

**890. PLANTAGO (*media*) foliis ovato - lan-
ceolatis pubescentibus, spica cylindracea,
scapo tereti.** *Linn. sp. pl. 163.*

Plantago latifolia incana. *Bauh. pin. 189.*

Plantago maior incana. *Clus. hist. 2. p. 109. Lob. ic.
1. p. 304.*

Plantago media. *Cam. epit. 262. Dod. pempt. 107.*

**Plantago maior hirsuta, media a nonnullis cognoscen-
tibus.** *Bauh. hist. 3. p. 504.*

In siccioribus ubique, ad vias, semitas &c.

**891. PLANTAGO (*maritima*) foliis semicy-
lindraceis integerrimis basi lanatis, scapo
tereti.** *Linn. sp. pl. 165.*

Plantago marina. *Lob. ic. 306. Tab. ic. 733.*

Plantago maritima, foliis gramineis. *Rupp. jen. 3.
p. 88.*

Coronopus maritima maior. *Bauh. pin. 190.*

Ic. Oed. dan. t. 243.

Ad Salinas bey Ketschau.

MONOPETALAE REGVL. 5

892. CENTVNCVLVS (*minimus*) *Dill. sp.*
161. gen. 112. Eph. nat. cur. cent. 5. app. 92.
t. 10. f. 31.

Centunculus foliis alternis. *Gerard. gallopr. 306.*
Anagallidastrum exiguum, foliis lanceolatis alternis.

Mich. gen. 14. t. 18.

Anagallis paludosa minima, foliis rotundis alternatis.
Vaill. parif. 12. t. 4. f. 2.

Al sine palustris minima, flosculis albis. *Menz. pugill.*
t. 4. f. 5.

Icon *Oed. dan. t. 177.*

In agris arenosis ubique, praesertim locis sub-humidis.

Folia caulina inferiora opposita sunt.

PENTANTHERÆ MONOSTYLAE.

893. ANAGALLIS (*caerulea*) caule procumbente, foliis ovato-lanceolatis, corollis serratis, calycis foliolis subulatis. *Hall. hist. n. 626.*

Anagallis caeruleo flore. *Baub. pin. p. 252. Tourn. hist. 141.*

Anagallis flore caeruleo femina. *Baul. hist. 3. p. 369.*

Anagallis femina. *Dod. pent. 32. Camer. epit. 395.*

Blaues Gauchbeil.

In agris rarius. *Am Gickerlingsberge.*

38. PRIMVLA (*elatior*) foliis dentatis rugosis, limbo corollarum plano. *Linn. sp. pl. 204.*

Var. Primula (*acaulis*) -- scapo nullo. *Linn. ibid.*

Primula veris pallido flore humilis. *Clus. hist. 1. p. 302.*

Icon *Oed. dan. t. 194. Blackw. herb. t. 52.*

Im Rosenthalē passim, sed rarius.

Varietas Primulae veris pallido flore elatioris *Cluf.*
absque omni dubio est, ex cuius semine ortam
saepius vidimus.

894. CAMPANVLA (*patula*) foliis strictis:
radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula
patula. *Linn. sp. pl. 232. Hill. brit. p. 106.*
t. 106. f. 1.

Campanula caule brachiato, foliis lanceolato-lineari-
bus glabris, petiolis paucifloris nudis. *Hall. hist. n. 698.*

Campanula esculentae facie, ramis et floribus patu-
lis. *Dill. elth. 68. t. 58. f. 68.*

Icon *Oed. dan. t. 373.*

In pratis ubique, fl. Iun. Iul. biennis.

895. CAMPANVLA (*Cervicaria*) hispida, ca-
pitulo terminali, floribus sessilibus, foliis
lanceolato-linearibus undulatis. *Linn. it.*
Oel. p. 115. fl. suec. 191. c. descr. sp. pl. p. 235.

Campanula caule simplici aspero, foliis lingulatis
asperis, floribus capitatis. *Hall. hist. n. 686.*

Campanula foliis et spica longissimis, floribus et
spica sessilibus in ala congestis *H. Gmel. sibir. 3.*
p. 157. t. 31.

Campanula alpina altissima, hirsuto parvo flore.
Tourn. inst. no. Segu. veron. 3. p. 102. descr.

Campanula foliis echii. *Baub. prodr. 36. c. fig. plan-*
tae humilioris.

Rapunculus sylvestris caeruleus umbellatus maior.
Thal. hercyn. ic. 8. f. 1.

Trachelium altissimum hirsutum asperius, foliis an-
gustis, floribus parvis. *Baub. hist. 2. p. 801. c. f.*
plantae procerioris. Raj. hist. 1. p. 734.

Im Oberholze bey Oelschau und Stoernitz, im Bienitz
perennis fl. Aug.

MONOPETALAE REGVL. 7

Altitudo cubitalis, humanam tamen staturam non-nunquam aequat. Radix, ex observatione Gmelini, sapida.

896. CAMPANVLA (*rapunculoides*) foliis ovato-lanceolatis, caule ramoso, floribus secundis sparsis. *Linn. sp. pl. 234.*

Campanula caule tereti, foliis ovato-lanceolatis hispidis, floribus solitariis secundis pendulis. *Scop. carn. 260.*

Campanula foliis cordato-lanceolatis hirsutis, petiolis unifloris. *Hall. hist. n. 692.*

Campanula repens, flore minore caeruleo. *Baub. hist. 2. p. 806.*

Campanula hortensis rapunculi radice. *Baub. pin. 94. Moris. hist. 2. p. 460. f. 5. t. 3. f. 32.*

Ad sepes in editioribus supra *Markkleberg*, in dem *Rosenthal* aliisque nemoribus ad *Plissam*, in hortis vi-tium frequens, molestum.

Radicibus admodum reptat, quae esculentae sunt.

DOD.

897. CAMPANVLA (*rotundifolia*) foliis radicibus reniformibus, caulinis linearibus.

Linn. sp. pl. 232. Gmel. sib. 3. p. 161.

Campanula foliis serratis, radicalibus cordatis, caulinis lanceolatis. *Hall. hist. n. 701.*

Campanula minor rotundifolia vulgaris. *Baub. pin. 93. Lob. ic. 328. Moris. hist. 2. p. 456. f. 5. t. 2. f. 17.*

Campanula sylvestris minima. *Dod. pent. 167.*

Rapunculus sylvestris minor. *Tab. ic. 409.*

Icon *Oed. dan. t. 489.*

In acclivibus siccioribus ad viam qua itur versus *Gonnelwiz*, ~~um den~~ *Bieniz*, in colle templi *S. Thecla* vulgo *Tigekirche*, auf der Wiese hinter *Apels Garten*.

8 CLASSIS I. PLANTAE

898. SAMOLVS (*valerandi*). Linn. sp. pl. p. 243.

Hall. hist. n. 707.

Samolus valerandi. Baub. hist. 3. p. 780. Tourn. inst. 143.

Anagallis aquatica rotundo folio non crenato.
Baub. pin. 252.

Veronica aquatica folio rotundo non crenato.
Moris. hist. 2. p. 323. f. 3. t. 24. f. 28.

Ignota ex Bauhini siccis. Gesn. op. 1. p. 122. t. u6.
Icon Oed. dan. 189.

In rivulis salcis ad salinas *bey Ketschau*.

Stamina laciniis corollae opposita, ut in Primula af-

finibusque.

Capsula circumscissa, ut in Anagallide.

POLYANTHERAE

MONOSTYLA E.

899. LAVATERA (*thuringica*) caule herbaceo,
foliis summis hastatis calycibusque acutis,
pedunculis solitariis uuifloris.

Lavatera caule herbaceo, fructibus denudatis, caly-
cibus incisis. Linn. sp. pl. 973.

Malva montana mollis et incana, flore majore.
Rupp. jen. 3. p. 15.

Althaea flore majore. Baub. pin. 316.

Var. Malva palustris mollis et incana, laciniato folio.
Rupp. jen. 3. p. 15. Buxb. hal. 207.

In sepibus ad Wolkwiz invenit Jll. GLEDITSCH;
varietatem ad Haenichen olim observavit, Jll.
SCHMIDEL.

TRISTYLA E.

900. EVPHORBIA (*platyphyllos*) umbella
quinquefida: trifida: dichotoma, invo-
lucris

MONOPETALAE REGVL. 9

lucris carina pilosis, foliis ferrulatis lanceolatis, capsulis verrucosis. *Linn. sp. pl. 660. descr.*

Euphorbia umbella quinquefida: bifida, involucellis cordatis ferratis, foliis lanceolatis obtusis, floribus sessilibus, capsulis tuberculosis. *Scopoli carn. 431. n. 3. descr.*

Tithymalus foliis lanceolatis serratis, stipulis floralibus cordatis, capsulis asperis: lineis laevibus divisus. *Hall. hist. n. 1053.*

Tithymalus arvensis latifolius germanicus. *Bauh. pin. 291. Moris. hist. 3. p. 343, f. 10. t. 3. f. 1. mala.*

Tithymalus platyphyllos. *Fuchs. hist. 813. Bauh. hist. 3. p. 670.*

Ad margines stagnorum ad *Burghausen*, *Ketschau*, *Frankenheim* et alibi *Martisburgum* versus. annua fl. exente aestate.

Umbella magis quam reliquarum diffusa. Planta graveolens, tota viridi-flavescens. *Folia* basi flexuosa. *Petala* lutea, senescentia rubescunt.

901. EVPHORBIA (*Esula*) umbella multifida: bifida, involucellis subcordatis, petalis sub-bicornibus, ramis sterilibus foliis uniformibus. *Linn. sp. pl. 660.*

Tithymalus foliis linearibus, petalis emarginatis. *Hall. hist. n. 1046.*

Esula minor. *Dalech. hist. 1653. Dod. pempt. 374.*

In agris humidis ad *Naumburg*. D. BRÜCKNER *pharm.* Summitates plantae tritae cuti impositae enormes excitant tumores, experimento rusticorum carniolicorum saepe funesto apud *Scop. l. c.*

C L A S S I S II.

Plantae flore perfecto, simplici, monopetalο
irregulari.

D I A N T H E R A E
M O N O S T Y L A E.

902. VTRICVLARIA (*vulgaris*) nectario co-
nico, scapo paucifloro. *Linn. Fl. Suec.* 28.
sp. pl. 26. Hall. hist. n. 290.

Lentibularia. *Riv. mon. 78. Dill. gen. 15.*

Lentibularia maior. *Vaill. act. gall. 19.*

Millefolium aquaticum lenticulatum. *Baub. pin. 141.*

Icon *Oed. dan. 138.*

In stagno *an den Schönfeldischen Wiesen* et in scro-
biculis aqua stagnante repletis in alneto ibidem; Fl.
Iunio perennis.

Radices nullae. Differt ab *utricularia nectario carina-*
to L. spinulis capillaribus minimis in margine foliorum,
observeante Ill. D. D. SCHMIDELIO Ser. March. Bran-
denb. Onold. et Culmb. a consil. aul. sanctioribus.

903. VERONICA (*longifolia*) spicis terminali-
bus, foliis oppositis lanceolatis ferratis acu-
minatis. *Linn. hort. upf. 7. Fl. Suec. 9. sp. pl. 13.*

Veronica spicata. *Riv. mon. t. 171. bon. Rupp. jen.*

3. p. 245.

In nemoribus, *im Rosenthaler, bey Raschowitz &c.* Fl.
aestate, perennis.

904. VERONICA (*montana*) racemis lateralili-
bus paucifloris, calycibus hirsutis, foliis ova-
tis rugosis crenatis petiolatis, caule repen-
te. *Linn. amoen. acad. 4. p. 263. sp. pl. 17.*
Chamae-

CLAS. II. PLANT. MONOP. IRREG. II

Chamaedry spuriae adfinis rotundifolia scutellata.

Bauh. pin. 249.

Alysson montanum. Column. ecphr. i. p. 289. t. 288.

Veronica rotundifolia, scutellata aut biscutata, hederae folio. Moris. hist. 2. p. 231. f. 3. t. 23. f. 15.

Veronica caule procumbente, foliis hirsutis cordatis obtusis, racemis paucifloris. Hall. hist. 539.

In umbrosissimis im Rosenthalc. Fl. Maio.

Caulis saepe praelongus. Folia rarius pilosa, saepe tota fere glabra.

905. VERONICA (*verna*) floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. Linn. fl. Suec. 23. sp. pl. 19.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo caeruleo. Dill. app. 38.

Veronica montana Riv. mon. 96.

Veronica foliis ovatis tripartitis et quinquepartitis, floribus brevissime pedunculatis. Hall. hist. 552.

In apricis aridis ad templum S. Theclae; Fl. vere, annua.

TETRANTHERAE

MONOSTYLA E.

906. TEVCRIVM (*Scorodonia*) foliis cordatis ferratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. Linn. sp. pl. 789.

Chamaedrys foliis cordatis productis, spicis longissimis nudis heteromallis. Hall. hist. n. 287.

Scorodonia. Riv. mon. t. 12.

In der Tigliz bey Düben. Dn. BEYLICH. Fl. aestate, perennis.

907. STACHYS (*arvensis*) verticillis sexfloris,
foliis obtusis nudiusculis, corollis longi-
tudine calycis, caule debili. *Linn. syst. nat.*
2. p. 395.

Stachys arvensis minima. Riv. mon. t. 27.

*Trixago foliis ovatis cordatis rotunde dentatis hir-
futis. Hall. hist. n. 231.*

*Sideritis alines trixagiis folio. Bauh. pin. 233.
prod. III.*

Marrubiastrum vulgare. Tourn. inst. 190.

*Lamium paludosum belicum. Herm. lugd. p. 351.
t. 353.*

In agris humidiusculis ad *Trachenau.* Fl. Jul.
Aug. annua.

908. CARDIACA (*Marrubiastrum*) foliis ova-
tis lanceolatisque ferratis, calycibus sessi-
libus spinosis. *Linn. sp. pl. 817 sub
LEONVRO.*

*Cunila foliis ovatis dentatis verticillis multifloris,
Hall. goett. 334. descr.*

*Marrubiastrum angusto cardiacae folio viridi. Bocc.
mus. 2. p. 136. t. 98.*

*Stachys folio cardiacae. Riv. mon. Rupp. jen. 3. p.
227.*

*Im Rosenthalē inter frutices, lecta ab Ill. LUDWIGIO.
Fl. Aug. perennis.*

909. MENTHA (*Pulegium*) floribus verticilla-
tis, foliis ovatis obtusis subcrenatis, cauli-
bus subteretibus repentibus, staminibus
corolla longioribus. *Linn. sp. pl. 807.*

MONOPETALAE IRREGVL 13

Mentha caule prostrato, foliis subrotundis obiter dentatis, staminibus exsertis. *Hall. hist. n. 221.*

Pulegium. *Fuchs. hist. 228. Rivin. ord. t. 23. Blackw. herb. t. 302.*

Poley.

In inundatis circa stagnum *ad Leutsch.*

Infusum cum vino albo emmenagogum praestantis- simum, observante perill. HALLERO.

910. MELAMPYRVM (*cristatum*) spicis qua- drangularibus: bracteis cordatis compa-ctis denticulatis imbricatis. *Linn. sp. pl. p. 842.*

Melampyrum luteum angustifolium. *Baub. pin. 234.*

Melampyrum luteum linariae folio. *Baub. prodr. 112.*

Melampyrum angustifolium cristatum, spica quadra- ta, flosculis ex luteo pallescentibus. *Pluk. alm. 249. t. 99. f. 2.*

Melampyrum cristatum. *Baub. hist. 3. p. 440. Riv. ord. t. 81.*

In nemorosis *im Bieniz, Universitätsholze.* D. KNOLLE.

Fl. aestate, annum.

911. MELAMPYRVM (*pratense*) floribus se- cundis lateralibus: coniugationibus remo- tis, corollis clausis. *Linn. sp. pl. 843.*

Melampyrum luteum latifolium. *Baub. pin. 243. Tourn. inst. 173.*

Melampyrum foliis infimis integerimis, mediis dentatis, floralibus hastatis. *Hall. hist. n. 308.*

In umbrosis *im Bieniz, ad Lindenthal, Breitenfeld,* et in aliis circuli *Lipsiensis* nemoribus, ubi saepius occurrit corollis rubellis, ad labium sanguineis.

912. MELAMPYRVM (*sylvaticum*) floribus se-
cundis lateralibus, coniugationibus remo-
tis, corollis hiantibus. *Linn. sp. pl. 843.*

Melampyrum foliis integerrimis, floribus hiantibus.
Hall. hist. n. 307.

Icon *Oed. fl. dan. t. 145.*

In nemorosis im Oberholze. Fl. aestate annua.

913. ANTIRRHINVM (*Cymbalaria*) foliis cor-
datis quinquelobis alternis, caulis pro-
cumbentibus. *Linn. sp. pl. 851.*

Cymbalaria *Matth. comm. p. 1124. Dalech. hist. p. 1322. Baub. hist. 3. p. 685. Lob. ic. 615. Cam. epit. 860. Riv. ord. t. 86.*

In muris im Casp. Boschen Garten, sponte, copio-
se. Fl. aestate. annua.

C L A S S I S III.

Plantae flore perfecto, monopetalo, compo-
sito, tubulofo.

STAMINIBVS IN ANTERAM CYLINDRACEAM COALITIS.

914. BIDENS (*minima*) foliis lanceolatis sessili-
bus, floribus seminibusque erectis. *Linn.
sp. pl. 1165.*

Verbesina minima. *Dill. giss. 167. app. 66. Rai. angl. 3. p. 188. t. 7. f. 2.*

Icon *Oed. fl. dan. t. 313.*

In agris arenosis udis nach Schönfeld, auch in der Thongrube vorm Petersthore. annua.

MONOPETALAE TVBVLOSÆ. 15

Procul dubio varietas tantum speciei 187. s. *Bidentis tripartitae* est, cum saepe inter hanc occurrat et quo procerior est, eo magis laciniata folia habeat.

915. CARDVVS (*polyacanthos*) foliis decurrentibus sinuato-pinnatifidis margine spinosis, calycibus solitariis pedunculatis erectis villosis. *Linn. sp. pl. 1150. n. 4.*

Carduus caule crispus. Baub. hist. 3. p. 59.

Carduus spinosissimus vulgaris, Polyacantha Theophrasti. Lob. ic. 21.

Polyacantha Theophrasti. Tab. ic. 701. bona.

Ad margines viarum, agrorum, in cultis frequens.

Fl. Iul. Aug. perennis.

Synonymon Bauhini quoad iconem et descriptionem absque dubio ad hunc neque ad *C. crispum* L. spectat; quem tamen in descriptione cum illo confundisse videtur. *Carduus acanthoides* I. B. 3. p. 59. longe alia procul dubio planta est; quam ob rem nostrae, quae *C. acanthoides* L. est, nomen triviale immutavimus, ne cum Bauhiniana confundatur.

197. CARDVVS (*tuberifer*) foliis petiolatis subdecurrentibus subpinnatifidis spinosis, caule inermi, floribus solitariis. *Linn. sp. pl. 1154.*

*Acanthus sylvestris alter. Dalechamp. hist. 2. p. 1444.
cum fig. bene plantam nostram exprimente.*

An Bienitz; in pineto ad Lindenthal.

C L A S S I S IV.

Plantae flore perfecto, monopetalo, lingulato.

916. HIERACIVM (*dubium*) foliis integris ova-to-oblongis, stolonibus repentibus, scapo nudo multifloro. *Linn. sp. pl. 1125. fl. Suec. 698.*

Pilosella major repens minus hirsuta. *Baub. pin. 262.*
In siccioribus tenui gramine vestitis paßim.

917. HIERACIVM (*paludosum*) caule panicula-to, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hispidis. *Linn. sp. pl. 1129. Gort. ingr. 123.*

Hieracium foliis glabris dentatis: imis petiolatis, superioribus amplexicaulibus. *Hall. bist. n. 45.*

Hieracium latifolium glabrum ex valle griesbachiana.
Baub. bist. 2. p. 1033.

In pratis nemorosis paludosis: *ad Abtnauendorf in ali' eto; ad Leutsch; Im Universitätsholze.* Fl. Jun. perennis.

918. CREPIS (*biennis*) foliis runcinato-pinnatifidis scabris: basi superne dentatis, calycibus muricatis. *Linn. sp. pl. 1136.*

Hieracium maximum chondrillae folio asperum.
Baub. pin. 127. prodr. 64.

Hieracium erucae folio hirsutum. *Baub. bist. 2. p. 1025.*

CLASSIS IV. PLANTAE MON. &c. 17

In graminosis ubique, *auf den Stadtwällen*, in pratis siccioribus, agrorum limitibus &c. Fl. Iul. biennis.

918. LACTUCA (*saligna*) foliis hastato-linearibus sessilibus carina aculeatis. *Linn. sp. pl. 119.*

Lactuca sylvestris altera, angusto faligno folio, costa albicante. *Rupp. jen. 3. p. 207. t. 4. optima.*

Chondrilla viscosa humilis. *Baub. pin. 130. prodr. 68.*
Endivia minor lactucina spinosa. *Barr. ic. 136.*

In muris collapsis *Lipsiae. BVRSEVVS aet. upf. 1724. p. 501. LINN. amoen. 1. p. 150. n. 59.* In scrobibus inter *Lützen & Markranstädt.* *RUPP.* Sed in neutro horum locorum reperire potuimus. Fl. exente aestate et autumno.

C L A S S I S V.

Plantae flore perfecto monopetalico
composito mixto.

919. MATRICARIA (*suaveolens*) receptaculis conicis, radiis deflexis, squamis calycinis margine aequalibus. *Linn. sp. pl. 1256. Gmel. Sib. 2. p. 200.*

Matricaria leucanthemos annua suaveolens, chamaemeli folio, ovariis albicantibus. *Vaill. aet. paris. 1720. p. 287. no. 22.*

Inter segetes passim annua.

920. MATRICARIA (*inodora*) receptaculis hemisphaericis, radiis patentibus, semini-

bus coronato - marginatis, squamis calyciniſ marginiſ obſoletiſ. *Linn. fl. Suec.* 765.

Chrysanthemum inodorum foliis pinnatiſ multifidiſ, caule ramoſo diſſuſo. *Linn. Sp. pl.* 1253:

Chamaemelum inodorum annuum humiliuſ, foliis obſcure virentiibus. *Morif. biſt.* 3. p. 36.

Chamaemelum inodorum i. cotula non foetida. *Baub. biſt.* 3. p. 120.

In agris post messem, solo praeſertim arenoso *bey Schoenfeld, Lindenbal, Leutsch,* annua.

921. ASTER (Tripolium) foliis lanceolatiſ integrimiſ carnoſis glabriſ, ramis inaequatiſ, floribus corymbosiſ. *Linn. Sp. pl.* 1226. *Gmel. Sib.* 2. p. 187. t. 80. f. 2.

Aster maritimus Tripolium dictuſ, *Raj. biſt.* 270.

Tripolium majus caeruleum. *Baub. biſt.* 267.

Tripolium. *Dod. pempt.* 379.

Ad Salinas *bey Ketschau* frequens. Fl. exēunte aestate, perenniſ.

922 ARNICA (montana) foliis ovatiſ integris: caulinis geminiſ oppositiſ. *Linn. Sp. pl.* 1245. *Gmel. Sib.* 2. p. 153.

Doronicum quintum germanicum. *Clus. biſt.* 2. p. 18.

Alisma. *Matth. comm.* 934.

Icon. Oed. fl. dan. t. 63.

Wohlverleih.

In der Warte ad Taucha. Fl. Iul. perenniſ.

923. CHAMAEMELVM (arvenſe) receptaculiſ coniciſ, paleiſ ſetaceiſ, ſeminibuſ corona-

MONOPETALAE COMP. MIXT. 19

ronato-marginatis. *Linn. sp. pl. 1261. n. 8.*
fl. suec. 768. sub nom. ANTHEMIDIS.

Chamaemelum inodorum. *Baub. pin. 135. Rupp.*
jen. 3. p. 139.

In agris post messem, ubique, biennis.

924. COREOPSIS (*Bidens*) foliis lanceolatis
serratis oppositis amplexicaulibus, floribus
cernuis. *Linn. sp. pl. 1281. it. Westgoth.*
p. 272.

Eupatorium aquaticum chrysanthemum. *Tab. ic. u7.*
Chrysanthemum aquaticum bidens, folio non divi-
so, flore radiato. *Morif. hist. 3. p. 17. f. 6. t. 5.*
f. 25.

Ad fossas, stagna, in paludosis, viis inundatis ubique,
Bidente cernua frequentior, cuius varietas esse ut plu-
rimum creditur.

925. CENTAVREA (*paniculata*) calycibus ci-
liatis, squamis planis, foliis bipinnatifidis:
rameis pinnatifidis linearibus, caule pani-
culato: *Linn. sp. pl. 1289.*

Centaurea calycibus ciliatis oblongis, foliis scabris:
caulinis pinnatis, rameis simplicissimis linearibus.
Gmel. Sib. 2. p. 98. t. 43.

Cyanus pinnulis foliorum pinnatis linearibus. *Hall.*
hist. n. 187.

Stoebe maior, caulinis non splendentibus. *Baub.*
pin. 3. p. 31.

Ad margines viarum, agrorumque ad Gobliz, Me-
ckern. Fl. aestate, annua.

20 CLASSIS VII. VIII. PLANTAE

C L A S S I S VII.

Plantae flore perfecto tripetalo,
HEXANTHERAE.

TRISTYLA.

926. TRIGLOCHIN (*maritimum*) capsulis
sexlocularibus ovatis. *Linn. sp. pl. 483.*
aet. stockb. 1742. t. 6. f. 4. 5. Gmel. Sib. 1. p. 72.

Gramen marinum spicatum. *Lob. ic. 16.*

Gramen spicatum alterum. *Baub. pin. 6. theatr. 82.*

Icon Oed. dan. t. 306.

Ad Salinas Ketschavienses in rivulis pratisque falsis
copiose.

C L A S S I S VIII.

Plantae flore perfecto tetrapetalo regulari.

TETRANTHERAE.

TETRASTYLA.

927. POTAMOGETON (*perfoliatum*) foliis
cordatis amplexicaulibus. *Linn. sp. pl. 182.*
Hall. hist. 845.

Potamogeton perfoliatum. *Raj. angl. 3. p. 149.*

Potamogeton foliis latis splendentibus. *Baub. pin. 95.*

Icon Oed. fl. dan. t. 196.

In stagnis.

TETRAPETALAE REGVLAR. 21

928. POTAMOGETON (*heterophyllum*) foliis submersis linearibus sessilibus, natantibus lanceolatis petiolatis.

In stagno ad *Lindenthal*.

Caulis teres, ramosissimus, internodiis brevibus. *Folia* linearia basi angustata, acuta, tenera, subdiaphana; quae vero superficie aquae innatant, lanceolata, pariter acuta, nervosa, crassiora, petiolis brevibus insident. *Stipulae* solitariae, intrafoliaceae, foliis angustiores. Florentem nunquam reperi; inter plantas Buxbaumianas autem, quas possidet Ill. DD. SPRINGS-FELD Ser. Marggravio Brandenb. Onold. et Culmb. a consil. aul. urbisque ut et territorii Leucopetrensis medicus celeberrimus, specimen huius plantae vidi, spica densa pauciflora pedunculo paullo longiore fulta instructum. Cum Pot. natante confundi nequit, quo longe minus et tenerius est; accedit ad Potamogeton gramineum latiusculum, foliis et ramificationibus dense stipatis Raj. syn. 3. p. 149. t. 4. f. 3. prout cuius varietate forte haberi posset.

HEXANTHERAE.

MONOSTYLA E.

929. MYAGRVM (*paniculatum*) siliculis globosis punctato-rugosis. Linn. sp. pl. 894.

Myagro similis capsulis rotundis. Baub. pin. 109. prodr. 52. t. 52.

Pseudo-myagri species altera. Cam. epit. 902. f. 2.

Icon Oed. dan. t. 204.

In agris passim rarius. Fl. Majo annum.

22 CLASSIS VIII. PLANTAE

930. COCHLEARIA (*Coronopus*) caule depresso, foliis pinnatifidis, capsulis verrucosis.
Linn. syst. 2. p. 435. sp. pl. 904.

Ambrosia campestris repens. *Baub. pin. 138.*

Pseudo ambrosia. *Cam. epit. 596.*

Cornu cervi alterum. *Dod. pempt. uo.*

Icon *Gesn. oper. t. 119. Oed. dan. t. 202.*

Coronopus. *Ruell. stirp. 373. Baub. hist. 2. p. 919.*

Blackw. herb. t. 120. Hall. hist. n. 502.

In viis vor dem Ranstädter Thore, auf der Vogelwiese an der Ziegelscheune.

OCTANTHERAE.

MONOSTYLA E.

931. CHAMAENERION (*palustre*) foliis oppositis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Linn. suec. 330. sp. pl. 495. Gmel. Sib. 3. p. 165. sub EPILOBIO.*

Epilobium foliis glabris ellipticis integerrimis. *Hall. hist. n. 998.*

Epilobium foliis linearibus. *Linn. lapp. 149.*

Lysimachia siliquosa glabra minor. *Baub. pin. 245.*

Lysimachia siliquosa minor. *Tab. ic. 856.*

In pratis paludosis ad Abtnauendorf cum Triglochide palustri, ad piscinam inter Deliz et Meisdorf.

TETRASTYLA E.

932. ELATINE (*Hydropiper*) foliis oppositis.
Linn. sp. pl. 527.

- Hydropiper. *Buxb. cent.* 2. p. 36. t. 37. f. 3.
Alsinastrum serpyllifolium, flore albo tetrapetalo.
Vaill. Parif. t. 2. f. 1.
Icon Oed. dan. t. 146.
Ad pisceanam Lindenaviensem.

POLYANTHERAE.

MONOSTYLA.E.

933. PAPAVER (*Argemone*) capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. *Linn.*
Sp. pl. 725.

Argemone capitulo longiore. *Baub. pin.* 102. *Lob. ic.* 276.

Argemone capitulo tenuiore longiore hirsuto.
Morif. hist. 2. p. 278. f. 3. t. 14. f. 10.

In agris cultis frequens, annum.

Varietatem P. dubii esse cl. Cranzius vult; separat Perill. Hallerus.

934. PAPAVER (*dubium*) capsulis oblongis glabris, caule multifloro setis appressis, foliis pinnatifidis incisis. *Linn. sp. pl. 726.*

Papaver erraticum capite longissimo glabro. *Tourn. inst.* 238. *Rupp. jen.* 3. p. 71.

Argemone capitulis longis glabris. *Morif. hist.* 2. p. 279. f. 3. t. 14. f. 11.

In agris praesertim minus fertilibus frequens, annum.

CLASSIS IX.

Plantae flore perfecto tetrapetalο irregulari.

HEXANTHERA.

MONOSTYLA.

935. FVMARIA (*capnoides*) siliquis linearibus
tetragonis, caulis diffusis acutangulis.
Linn. sp. pl. 984.

Fumaria lutea. *Baub. pin. 143.*

Fumaria lutea montana. *Dalech. hist. 1294. Tab. ic.*

Fumaria tingitana. *Pluk. alm. 262. t. 90. f. 2.*

Pseudo fumaria flore luteo. *Riv. pent. tab. 74.*

In muris horti Casp. Bosiani, aliisque, frequens, annua. Fl. aestate.

DECANTHERAE.

VNILOCVLARES.

936. TRIFOLIVM (*hybridum*) capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, caule adscendente. *Linn. fl. Suec. 664. descr. sp. pl. 1079.*

Trifolium caulis subrectis, spicis depresso-siliquis dispermis. *Hall. hist. n. 368.*

Trifolium pratense corymbiferum &c. *Mich. gen. 28. t. 2. f. 2.*

Trifolium orientale altissimum, caule fistuloso, flore albo. *Vaill. paris. 195. t. 22. f. 5.*

Trifolium flore albo. *Riv. tetr. tab. 11.*

Weißer Wiesenklee.

In pratis *binter dem Brandvorwerke* aliisque vrbi vicinis frequens.

Planta pubularis praestans, Trifolio pratensi haud inferior, quae pari ratione coli meretur. Parcius tamen semina maturat. Colore capitulorum albo roseoque prata decorat.

937. TRIFOLIVM (*procumbens*) spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, caulis procumbentibus. *Linn. sp. pl. 1088. it. gotl. 257.*

Trifolium lupulinum alterum minus. *Raj. angl. 3. p. 330. t. 14. f. 3.*

In pratis, solo steriliiori inundato, *am Oberholze, in der Bürgerau, und auf den Wiesen bey Leutsch.* Fl. Iul.

Differt ab agrario n. 316. capitulis minoribus paucifloris, vexillis angustioribus, aridis pallidioribus, minus manifeste striatis, nec plicatis, circa fructum magis convolutis. Variat caulis pluribus procumbentibus, et caule unico erecto.

938. SPARTIVM (*Scoparium*) foliis ternatis solitariisque pubescentibus, ramis inermibus angulatis. *Linn. sp. pl. 996.*

Spartium foliis inferioribus ternatis hirsutis superiores simplicibus. *Hall. hist. n. 354.*

Genista. *Dod. pent. 761. Riv. pent. t. 65. Blackw. herb. t. 144.*

Genista angulosa et scoparia. *Baub. pin. 395. Hasengeil.*

In nemorosis ad officinam lateritiam *Meisdorfi*; in pineto ad *Lindenthal* copiose.

26 CLASSIS IX. PLANTAE

Planta graveolens, amariuscula, adstringens, ad cornia praeparanda pariter ut cortex querius apta. *Gleditsch.* Decoctum summitatum cum semine sinapis sumptum, alvum et urinam movet, in hydrope praestans, ut et lixivium plantae igne aperto combustae. Semina tosta Coffeae quodammodo substitui possunt. Cortex maceratus fila crastia ad telas viliores apta dat.

939. VICIA (*tetrasperma*) pedunculis subbifloris, leguminibus laevibus seminibus globosis quaternis. *Linn. sp. pl. 1039. sub E R V O.*

Vicia foliis linearibus, siliquis gemellis glabris. *Hall. bist. n. 423.*

Vicia segetum, singularibus siliquis glabris. *Baub. pin. 345.*

Vicia minor segetum, cum siliquis paucis glabris. *Morif. bist. 2. p. 64. f. 2. t. 4. f. 16.*

Cracca minor siliquis gemellis. *Riv. pent. t. 53.*

Icon *Oed. dan. t. 95.*

Vogelwicke.

In agris passim frequens.

940. OROBVS (*tuberosus*) foliis pinnatis lanceolatis stipulis semifagittatis integerrimis, caule simplici. *Linn. sp. pl. 1028.*

Orobus caule simplici, foliis senis ellipticis, radice tuberosa. *Hall. bist. 417.*

Orobus radice tuberosa. *Riv. tetr. t. 59.*

Lathyrus angustifolius radice tuberosa. *Loef. pruss. 138. t. 37.*

Astragaloides. *Baub. bist. 2. p. 334.*

Astragalus sylvaticus. *Thal. herc. 7. f. 1.*

In der Tigris bey Diiben. Fl. Maj. perennis.

Tubera dulcia, sapore ad Glycyrrizam accedunt, quibus et vescuntur et ad pectoris affectus medicamenti loco utuntur Scotti. Raj.

343. LOTVS (*corniculatus*) capitulis depresso-
caulibus decumbentibus, leguminibus cy-
lindraceis patentibus. *Linn. sp. pl. 1092.*

Var. - - (tenuifolius) foliolis stipulisque linearibus.
Lotus pentaphyllum frutescens, tenuissimis glabris
foliis. *Baub. pin. 332. prodr. 144. n. 22. descr.*

Ad Salinas Ketschavienses in salmis.

Radices nodulis tuberosis interstinctae. Origo hu-
ius varietatis solo salso tribuenda esse videtur; in solo
enim minus salso foliolis latioribus invenitur. Salia
tamen in aquis thermarum carolinarum contenta fo-
liorum formam vix mutant, ubi in ipsis fontibus so-
terius calidis crescit; florum tantummodo color magis
aureus esse solet.

941. MEDICAGO (*minima*) pedunculis mul-
tifloris, leguminibus cochleatis: spinulis
hamatis, stipulis integris. *Ger. gallopr. 518.*
n. 13.

Medicago polymorpha minima. *Linn. sp. pl. 1099.*
var. μ.

Medica echinata minima. *Baub. hist. 2. p. 386.*

Cochleata echinata minima. *Riv. tetr. t. 88.*

Trifolium echinatum fructu minore. *Baub. pin. 330.*

Icon *Oed. fl. dan. t. 211.*

Schneckenklee.

In arenosis agris versurisque am Biniz, ad Deidiz.
Fl. aestate, annua.

Planta pubescens parva, prostrata. Foliola cuneiformia, emarginata, ferrulata cum acumine. Stipulae lanceolatae vix crenulatae. Pedunculi foliis paulo longiores bi - five quadriflori.

C L A S S I S X.

Plantae flore perfecto pentapetalo regulari.

P E N T A N T H E R A E.

P E N T A S T Y L A E.

942. LINVM (*Radiola*) foliis oppositis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Linn. fl. suec. 272. sp. pl. 402.*

Linum tetrapetalon, caule ramosissimo dichotomo.
Hall. bist. n. 840.

Chamaelinum vulgare. *Vaill. paris. 33. t. 4. f. 6.*

Radiola. *Dill. gen. p. 127. t. 7. eph. nat. cur. cent. 5. app. t. 9.*

Radiola vulgaris serpyllifolia. *Raj. angl. 3. p. 345. t. 15. f. 3.*

Linocarpon serpylli folio multicaule et multiflorum. *Mich. gen. 23. t. 21.*

Millegrana minima. *Lob. ic. 1. 422.*

Polygonum minimum. *Baub. pin. 282.*

Icon Oed. dan. t. 178.

In agris arenosis subhumidis *bey den Schænfeldischen Wiesen*. Fl. Aug. annuum.

D E C A N T H E R A E.

M O N O S T Y L A.

943. LEDVM (*palustre*). *Linn. fl. suec. 352. sp. pl. 561.*

Ledum

PENTAPETALAE REGVL. 29

Ledum Silesiacum. *Clus. hist.* 1. p. 83. *Tab. ic.* 1069.
Cistus Ledon foliis rosmarini ferrugineis. *Baub.*
pin. 467.

Rosmarinum sylvestre. *Cam. epit.* 546. *Baub. hist.* 2.
p. 23.

Wilder Rosmarin, Post, Kienpost.

In nemorosis ad Meckern olim habitavit, nuper de-
 structum; *in der Dübenschen Heide*, unde quotan-
 nis copiose advehitur.

Odor gravis, caput tentans. Gerevisiae incoctum
 temulentiam promovet & cephalalgias caussatur. Ap-
 portatur quotannis copiose et ad abigendas tineas
 vestibus apponitur. Apes allicit; ad corium Russi-
 cum (*Fusfen*) praeparandum una cum aliis simplici-
 bus eo utuntur.

T R I S T Y L A E.

381. ALSINE (*rubra*) foliis linearibus: stipu-
 lis membranaceis vaginantibus. *Linn. sp.*
606. sub ARENARIA.

β. - - (*maritima*) foliis subcarnosis longitudine
 internodiorum. *Linn. hort. Cliff.* 173.

Spergula marina nostras. *Raj. hist.* 1034.

Alsine spergulae facie media. *Baub. pin.* 251.

Ad Salinas bey Ketschau, annua fl. aestate.

Stamina huic quinque, septem ad decem.

944. ALSINE (*trinervia*). foliis ovatis acutis
 petiolatis nervosis. *Linn. sp. pl.* 605. *sub*
ARENARIA.

Alsine plantaginis folio. *Baub. hist.* 3. p. 363.

Alsine foliis ovato-lanceolatis trinerviis. *Hall.*
hist. n. 878.

In nemoribus humidis umbrosis, *im Rosenthalc, dem zschöcherischen Holze, Biniz, pineto ad Lindenthal*; in pratis humidis ad *Abtnauendorf*, annua, fl. aestate.

945. ALSINE (*viscosa*) caule paniculato foliisque pubescentibus, petalis capsulisque calyce pubescente brevioribus.

Icon *Oed. dan. t. 389.*

In colle ad templum *S. Theclae*, primo vere.

Caulis uncialis, erectus, pilosus. *Folia* linearia, pilosa, subtus striata. *Panicula* pauciflora, dichotoma, cum pedunculis solitariis e dichotomia. *Pedunculi* capillares, pilosi. *Calycis* foliola lanceolato-linearia, perangusta, acuminata, pilosa; horum tria membranula angustissima marginata. *Petala* lanceolata obtusa (rariissime emarginata) calyce breviora. *Antherae* subdidymae, rubellae, supra germen conniventes sub anthesi. *Pistillum* altitudine staminum; *styli* tres villosi. *Capsula* oblongo-turbinata, trivalvis: valvulis truncatis. *Pili* pellucidi capitati. Similis *A. tenuifoliae* L. sed tota villoso-viscosa.

**946. ALSINE (*nemorum*) foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramosis. Linn.
fl. suec. 2. n. 391. sp. pl. 603. sub ARENARIA.**

Alsine montana latifolia, flore laciniato. Baub. pin. 250.

In nemorosis succulentis, *im zschöcherischen Holze, in pineto ad Lindenthal*, annua.

Cerastio aquatrico 377. adfinis, sed distinctissima est, cum humilis maneat, nunquam scandat, folia caulina plurima petiolata gerat, et constanter tres stylos nascatur.

PENTAPETALAE REGVL. 31

ciscatur. Ill. SCHMIDEL *de Jungermannia* p. 5. In Cerastio aquatico plerumque stylos 5, nonnunquam 6 observavimus.

947. ALSINE (*marginata*) foliis verticillatis seminibus marginatis. *Linn. sp. pl. 630.*
sub SPERGULA. *Gleditsch. Abhandl. 2. p. 296.*

Arenaria teretifolia verna flore albo semine limbo foliaceo cincto. *Rupp. jen. 3. p. 113.*

Alsine spergulae facie minima, seminibus marginatis. *Tourn. inst. p. 244.*

In agris arenosis passim v. g. *nach Schenfeld hin*, cum vulgari Spergula.

948. CERASTIVM (*viscosum*) erectum villosi - viscosum. *Linn. sp. pl. 627.*

Myosotis hirsuta altera viscosa. *Vaill. paris. 142. t. 30. f. 1.*

Ad vias versus *Mersburg*, *Delitsch*, annua.

949. LYCHNIS (*noctiflora*) trifyla, calycibus decangularibus: dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo. *Linn. sp. pl. 599.*
sub SILENE.

Viscago foliis ovato-lanceolatis hirsutis, caule brachiato, calycibus venosis. *Hall. hist. n. gn.*

Lychnis noctiflora. *Baub. pin. 205.*

Ocymoides non speciosum. *Baub. hist. 3. p. 344. fig.*

Ocymoides noctilorum. *Cam. hort. 109. t. 34.*

In nemoribus caeduis umbrosis *ad Gonnelviz*, annua.

CLASSIS X. PLANTAE
POLYANTHERAE.

TRISTYLAE.

950. HYPERICVM (*quadrangulum*) floribus trigynis caule tetragono herbaceo. *Linn.*
sp. pl. 1104.

Hypericum caule quadrangulari, foliis ovatis perforatis punctatis. *Hall. Hist. n. 1038.*

Hypericum vulgare minus, caule quadrangulo, foliis non perforatis. *Baub. pin. 279.*

Androfaemum. *Dod. pemt. 78. Cam. epit. 677.*

In humidis nemorosis ad Zweynauendorf; ad Deliz, Abtnauendorf, Burghausen in pratis, frequens. Fl. Iul. perennis.

951. HYPERICVM (*hirsutum*) floribus trigynis, calycibus ferrato-glandulosis, caule tereti erecto, foliis ovatis subpubescentibus. *Linn. sp. pl. 1105.*

Hypericum villosum erectum caule rotundo. *Tourn. inf. 255.*

Androfaemum alterum hirsutum. *Col. ecphr. i. p. 74.*

In nemorosis humentibus ad Zweynauendorf, im Rosenthal, Kanitsch, perennis.

POLYSTYLAE.

952. RANVNCVLVS (*polyanthemos*) calycibus patulis pedunculis sulcatis, caule erecto, foliis multipartitis. *Linn. sp. pl. 779.*

Ranunculus caule ramoso multifloro, foliis septilobis, lobis tridentatis, acutis. *Hall. hist. 1171.*

Ranunculus polyanthemos simplex. *Lob. ic. 666.*

Ranun-

Ranunculus sylvestris. Tab. ic. 42.

In pratis ad *Kautsch*, *Zschocher*, *Lindenau*, solo steriliiori, perennis. Fl. aestate.

953. RVBVS (*saxatilis*) foliis ternatis, flagellis nudis reptantibus herbaceis. Linn. sp. pl. 708.

Rubus caule herbaceo foliis ternatis glabris, acinis baccarum distinctis paucissimis. Hall. bist. n. vii.

Rubus alpinus humilis. Gesn. hort. 277. Baub. bist. 2. p. 61.

Rubus saxatilis sive *petraeus*. Clus. bist. p. 117. ic. 18.

Chamaerubus saxatilis. Baub. pin. no.

Icon Oed. Dan. t. 134.

Im *Oberholze*, inter *Ericam* et *Vaccinia*.

C L A S S I S XI.

Plantae flore perfecto pentapetalo irregulari.

PENTANTHERA.

MONOSTYLA.

954. VIOLA (*hirta*) acaulis, foliis cordatis piloso-hispidis. Linn. sp. pl. 1324.

Viola martia hirsuta inodora. Moris. bist. 2. p. 475. f. 5. t. 35. f. 4.

Viola trachelii folio. Raj. bist. 1051.

Wilde Violaten. Brunnfels. Kräuterbuch. I. p. 94. f. bon.

In pratis *hinter dem Apelischen Garten, dem Brandvorwerke*, et alibi, frequens. Fl. Aprili.

A *Viola odorata* discernitur defectu stolonum, foliis minus cordatis, odore debilissimo et plerumque fere

34 CLASSIS XI. XII. PLANTAE

nullo ; a canina nectariis brevibus, et tempore floren-
di multo praecociori, floret enim ante Violam odo-
ratam.

DECANTHERA.

MONOSTYLA.

955. GERANIVM (*molle*) pedunculis bifloris
foliisque floralibus alternis, petalis bifidis,
calycibus muticis, caule erectiusculo.
Linn. syst. 2. p. 455. n. 48. sp. pl. 955.

Geranium soliis mollissimis hirsutis reniformibus
semiquinquefidis : lobis semitripartitis obtusis.
Hall. hist. n. 939.

Geranium columbinum villosum, petalis bifidis.
Vaill. Paris. p. 79. t. 15. f. 3.

Pes columbinus. *Dod. pent. p. 61.*

In pomariis pratis passim ; in ruderatis ad pagos
v. g. *bey Lindenthal*, annua.

C L A S S I S XII.

Plantae flore pentapetalo umbellato.

956. BUPLEVRVM (*rotundifolium*) involucris
universalibus nullis, foliis perfoliatis.
Linn. sp. pl. 340.

Bupleurum caule brachiato ramosissimo, foliis ova-
to-lanceolatis amplexicaulibus. *Hall. hist. n. 767.*

Perfoliata, *Dod. pent. 104. Cam. epit. 888. Lob. ic.*
396. Riv. pent. t. 45. Tab. ic. 759. II. Morif.
umb. t. 8. Blackwell. T. 95.

Perfoliata vulgatissima arvensis, *Baub. pin. 277.*

Durch-

Durchwachs.

Inter segetes *bey Abtnauendorf und nach Eulenburg hin.*

498. LASERPITIVM (*prutenicum*) foliolis pinnatifidis connatis: laciniis suboppositis nervis petiolisque hispidis. *Crantz. fasc. 3. p. 182. Grimm. Isen. 290.*

Laserpitium minus. Riv. T. 23. Hall. Gætt. p. 177.

In dem *Biniz et in prato hinter demselben, im Oberholze, in pratis inter Oeltschau et Kemliz copiosissime.*

505. SIVM (*angustifolium*) foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, involucro universali pinnatifido. *Huds. Angl. 103. Linn. sp. pl. 1672.*

Sium sive apium palustre, foliis oblongis. Baub. pin. 154.

Sium minus. Riv. pent. T. 79. Rupp. Ien. 3. p. 285.

In pratis ad *Abtnauendorf, Schænfeld, hinter dem Biniz, solo uliginoso; praesertim in fossis ibidem.*

C L A S S I S XIII.

Plantæ flore perfecto hexapetalο.

HEXANTHERAE.

MONOSTYLAE.

524. b. ORNITHOGALVM (*minimum*) scapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramosis. *Linn. sp. pl. 440.*

36 CLASSIS XIII. PLANTAE

Phalangium radice bulbosa, stipulis maximis hirsutis, floribus umbellatis pedunculis multifloris.
Hall. hist. n. 1214.

Ornithogalum pannonicum minus, *Baub. pin. 71.*
Clus. hist. I. p. 190.

Hypopyxis. *Renealm. sp. p. 92.*

Im Rosenthale. Fl. Aprili, perennis.

Parum differt ab *O. luteo*, et a quibusdam Botanicis cum illo coniungitur.

**526. PHALANGIVM (*liliago*) foliis planis,
corollis patentibus, pistillo declinato.**
Linn. sp. pl. 445. sub ANTERICO.

Phalangium radicibus teretibus foliis radicalibus carinatis ensiformibus, pedunculis unifloris. *Hall. hist. n. 1207.*

Phalangium non ramosum, *Dod. pempt. 106. Lob. ic. 48.*

Phalangium parvo flore non ramosum. *Baub. pin. 29. theatr. p. 555. Moris. hist. 2. p. 333. f. 4. t. 1. f. 10.*

Liliago. *Cord. hist. 190.*

Var - - - scapo ramoso.

In nemorosis **im Biniz** abunde, neque alia species ibidem occurrit.

Variat scapo simplici, et scapo ramoso, quae varietas apud auctores non reperitur; differt autem a Phalangio parvo flore, ramoso C. B. f. Antherico ramoso Linnaei, quod vicissim scapo simplici variat, foliis latioribus floribusque multo maioribus, ut alias notas taceam. Varietas scapo ramoso plantae nostrae loco praedicto copiosior est altera scapo simplici.

PERFECTAE HEXAPETAL. 37

530. ALLIVM (*oleraceum*) caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus sub-tus sulcatis, staminibus simplicibus. *Linn.* *sp. 429. fl. Suec. 280.*

Allium caule simplici, foliis fistulosis, spatha bicor-ni, umbella bulbifera. *Hall. hist. n. 1223.*

Allium umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis te-retibus. *Hall. opusc. p. 387. n. 26. t. 1.*

76 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Calyptra cylindraceo-campanulata, pellucida, albid'a, margine crenulata, vasculum occultante, ab omnibus aliis abunde differt.

744. BRYVM (*subulatum*) capsulis erectis subulatis, surculis acaulibus. *Linn. sp. pl. 1581.*

Bryum caule brevissimo, foliis lanceolatis, capsulis longissimis, operculo prælongo. *Hall. hist. n. 1827.*

Bryum capsulis longis subulatis. *Dill. musc. 350. t. 45. f. 10.*

Muscus capillaris, corniculis longissimis incurvis. *Vaill. Paris. 133. t. 25. f. 8.*

In aggeribus paßim; v. g. ad sinistram viæ nach Gohliz.

742. BRYM (*murale*) capsulis erectis, foliis piliferis rectiusculis, surculis simplicibus cespitosis. *Linn. sp. pl. 1581.*

Bryum caulinis brevissimis, foliis ovato-lanceolatis patulis pilo terminatis, capsulis aristatis. *Hall. hist. n. 1825.*

Bryum tegulare humile pilosum et incanum. *Dill. musc. 355. t. 45. f. 14.*

747. Var. Bryum caulinulo brevissimo, foliis ovato-lanceolatis patulis, capsulis aristatis. *Hall. hist. n. 1826.*

Bryum humile pilis carens viride ei pellucidum. *Dill. musc. 356. t. 45. f. 15.*

In tegulis, muris, lapidibus, ambulacris hortorum etc.

Planta altera 747, quam perill. *a Linné* priori 746, ut varietatem subjicit, ab aliis, v. g. perill. *de Haller*, ut et ab Illustr. *Boehmero* factum est, pro distincta specie habetur.

739. BRYVM (*glaucum*) caulibus erectis tere-tibus, foliis imbricatis fragilibus, capsulis inclinatis aristatis. *Hall. hist. n. 1785. sub HYPNO.*

Bryum antheris erectiusculis, operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, surculis ramosis. Linn. sp. pl. 1582.

Bryum albidum et glaucum fragile majus, foliis erectis, setis brevioribus. Dill. musc. 362. t. 46. f. 20.

In Biniz, aliis muscis immersus, nec pulvilos convexos formans. Rarissime floret.

1034. BRYVM (*hypnoides*) vasculis erectis, caule erectiusculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Linn. sp. pl. 1584.*

Bryum hypnoides hirsutie canescens vulgare. Dill. musc. 368. t. 47. f. 27.

Ad templum S. Theclæ in colle.

Folia recurva, lutescentia, pilo cano terminata, sicca appressa, nec tortilia, vascula ovata, brevia, operculo longiori. His notis, ut et statu minori, tum ramificatione diversa, differt a bryo rurali, quocum primo intuitu facile confundi posset.

1035. BRYVM (*aestivum*) vasculis erectis subrotundis axillaribus, foliis subulatis distanti-bus. *Huds. Angl. 411. Linn. sp. pl. 1585.*

78 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Bryum cauliculis subnudis ramosis, foliis subulatis brevibus, capsulis ovatis. *Hall. hist. n. 1811.*

Bryum palustre aestivum, conservæ facie. *Dill. musc. 375. t. 47. f. 36.*

In humidis limosis *in der Lehmgrube vor dem Petersthore.*

1036. BRYVM (*heteromallum*) vasculis erectis, foliis setaceis secundis. *Linn. sp. pl. 1583.*

Bryum foliis capillaribus heteromallis, capitulis ovatis, operculis aristatis. *Hall. hist. n. 1807.*

Bryum heteromallum. *Dill. musc. 375. t. 47. f. 37.*
Im Oberholze ad aggeres.

748. BRYVM (*cirratum*) foliis capillaceis congestis tortilibus, capsulis ovato-cylindraceis brevissime ciliatis. *Hall. hist. n. 1786.*
sub HYPNO.

Mnium foliis arefactione revolutis. *Linn. sp. pl. 1576.*
Bryum cirratum et stellatum, tenuioribus foliis. *Dill. musc. 379. t. 48. f. 42.*

Muscus coronatus minimus capillaceis foliis, capitulis oblongis. *Morif. hist. 3. p. 631. f. 15. t. 7. l. 2. f. 19.*

In tectis stramineis pagorum vicinorum inter alia Brya.

1037. BRYVM (*unguiculatum*) capsulis urceolatis operculo longo obliquo, foliis lanceolatis tortilibus, cauliculis erectis.

Bryum unguiculatum et barbatum, surculis in summitate crassioribus. *Dill. musc. 383. t. 48. f. 47.*

Muscus capillaris, capitulis erectis lageniformibus.
Buxb. cent. 2. p. 6. t. 2. f. 9.

Var.

Var. Bryum unguiculatum et barbatum tenuius et stellatum. *Dill. l. c. p. 385. f. 48.*

In hortorum areis, ad vias v. g. nach Gonnevitz hin,
in der Lehmgrube bey Gonnevitz etc. vulgare.

Cauliculi vix semipollicares, dense vestiti foliis linear-i-lanceolatis carinatis brevissime mucronatis post exsiccationem contortis, apice setas rubras superne dilutiores proferentes, ad quarum originem saepius rami excrescunt longitudine fere setarum. Capsulae ovali oblongae, ab initio virescentes, demum obscure rubrae, operculo obliquo crassiusculo, quo decidente pecten contortus in conspectum prodit.

1038. BRYVM (*crispum*) capsulis obliquis, foliis subulatis basi dilatatis undulatis demum tortilibus, caulinis erectis.

Ad fossas *am Biniz.*

Cauliculi humiles (vix tertiam pollicis partem æquantes,) foliis e basi lata fere subrotunda undulata subulatis, acutis, post exsiccationem crispati laxius vestiti. Setæ longiusculæ, virides basi rubentes. Capsula obliqua, altero latere coarctata; operculum conicum, acuminatum, capsula paullo minus, rubellum. Rarius floret.

738. BRYVM (*purpureum*) capsulis inclinatis striatis, operculo conico, foliis linear-i-lanceolatis carinatis, caule subdiviso.

Mnium (*purpureum*) caule dichotomo, axillis pendunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis. *Linn.* sp. pl. 1575.

Bryum foliis lanceolatis subulatis, capsulis erectis, operculis conicis. *Hall. hist. n. 1816.*

80 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Bryum tenue stellatum, setis purpureis. *Dill. musc.*

386. t. 49. f. 51.

Var. Bryum polytrichoides palustre, setis longioribus rubris sericeis. *Dill. musc. 387. t. 49. f. 52.*

In tectis, muris, agris arenosis, ad vias etc. varietas in fossa humida ad *Lindenau*.

Confertim nascitur, facileque cognoscitur setis copiosis longis ruberrimis, foliis tenuibus lète viridibus, post exsiccationem parum crispis, capsulis per siccitatem striatis, operculis brevibus acutis.

1039. BRYVM (*pallidum*) capsulis urceolatis
erectis pectine spirali, foliis capillaceis,
surculis acaulibus.

Bryum caule sessili, foliis capillaribus, capsulis ova-to - cylindraceis, operculo conico. *Hall. hist.*
n. 1805.

Bryum acaulon heteromallum, setis longis pallidis.

Dill. musc. 389. t. 49 f. 57.

Ad latera fossarum aggerumque, arenosa, *im Oberholze*, cum Phasco subulato.

Caulis brevissimus. Folia capillacea, acuminata, sè-pius secunda, numquam se contorquentia, pallide viridia. Setæ sesquiunciales, pallidius virides. Capsulæ siccæ striatæ, vti bryi purpurei, operculo conico longo.

1040. BRYVM (*stellatum*) acaule, foliis involutis, operculis cuspidatis, pectine spirali.

Accedit ad Bryum acaulon, foliis teneris confertis, capsulis conicis. *Dill. musc. 389. t. 49. f. 56.*

In muris e limo construatis.

Surculi altitudine unius alteriusve lineæ geometricæ.

Folia pauca, 7 - 8 circiter in stellulæ formam congesta, patentia, oblongo - triangularia, margine utrinque invo-

involuta, acuminata, basi plana, subvaginantia. Seta uncialis, obscure purpurea. Capsula oblonga, operculi cuspis ea fere longior, parum ad latus flexa. Calyptra angusta, testacea.

1041. BRYVM (*simplex*) capsulis oblongis nutantibus, foliis subulatis, surculo simplicissimo medio pedunculifero. *Huds. Engl.*
413. n. 31. *Linn. Sp. pl.* 1587.

Bryum caulinis cernuis, foliis capillaribus heteromallis, capsulis curvulis cylindricis, operculis conicis. *Hall. hist. n.* 1808.

Bryum trichoides, capsulis rubris cernuis. *Dill. musc.*
390. t. 50. n. 59.

Am Bieniz.

Cauliculus apice pedunculifer; ad latus pedunculi saepius oritur ramulus pedunculo longior. Folia saepius secunda, post exsiccationem caulinulo appressa.

1042. BRYVM (*aureum*) foliis capillaceis, capsulis pyriformibus pendulis. *Hall. hist. n.* 1813. operculo brevissimo rotundato.

Mnium antheris pendulis turbinatis, stipite filiformi, floribus femineis setiferis. *Linn. Sp. pl.* 1576. *Huds. Engl.* 412. n. 28. sub BRYO.

Ad rivulum in pratis *hinter dem Bieniz*; ad latera stagni *bey Burghausen*, frequens, paullo rarius florens.

1043. BRYVM (*nutans*) foliis lanceolatis subulatis, capsulis urceolatis cernuis, operculo conico.

Bryum trichodes late virens, capitulis cernuis oblongis. *Dill. musc.* 391. t. 50. f. 61.

82 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Muscus terrestris capillaris, foliis rarioribus et acutioribus, capitulis deorsum pendentibus velut apiculatis oblongis. *Rupp. Jen. 3. p. 401.*

Ad latera fossarum arenosa *im Oberholze.*

A priori 1042. satis differt foliis brevioribus basi latioribus minus late viridibus, seta non ut in isto arcuatim deorsum flexa, pendulis, sed capsulis ut plurimum tantum cernuis aut oblique deorsum spectantibus, senescentibus erectis, non pyriformibus sed e basi angusta sensim ampliatis, antrorum gracilescientibus; operculi denique ejusque contentorum structura.

749. BRYVM (*argenteum*) capsulis pendulis, surculis cylindraceis imbricatis levibus.

Linn. Sp. pl. 1586.

Bryum caulinis teretibus, capsulis ovatis acuminate pendulis. *Hall. hist. n. 1821.*

Bryum pendulum julaceum argenteum et sericeum.

Dill. musc. 394. t. 50. f. 62.

Var. Bryum pendulum, surculis teretibus viridibus.

Dill. musc. 394. t. 50. f. 63.

In muris, tegulis, asperibus, var. in terra pinguiori ad aggeres, in areis hortorum, ollis hortulanorum frequens.

1044. BRYVM (*capillare*) capsulis pendulis oblongis, foliis ovatis setiferis carinatis.

Linn. Sp. pl. 1586.

Bryum foliis latiusculis congestis, capsulis longis nutantibus. *Dill. musc. 398. t. 50. f. 67.*

Muscus capillaceus major, capitulis crassioribus cylindraceis nutantibus. *Vaill. Paris. 134. t. 24. f. 6.*

Ad vias cavas, latera fossarum, scrobium, ad ligna putrida passim v. g. ad viam publicam *vor dem Petersbore*; in horto *Apeliano*.

1045. BRYVM (*crudum*) capsulis oblongis pendulis, foliis acutis pellucidis ovatis: summis longioribus lanceolatis.

Mnium crudum. Linn. Sp. pl. 1576.

Bryum stellare hornum sylvarum, capsulis magnis nutantibus. Dill. musc. 402. t. 51. f. 71.

In pratis *Schœnfeldicis* ad radices alnorum.

1046. BRYVM (*hornum*) capsulis oblongis nutantibus, pedunculis curvatis, foliis ovatis margine scabris. Huds. Angl. 415. (Linn. Sp. pl. 1576. sub MNIO.)

Bryum stellare hornum sylvarum, capsulis magnis nutantibus. Dill. musc. 402. t. 51. f. 71.

Muscus capillaceus major stellatus. T. Vaill. Par. t. 24. f. 5. Mich. gen. 108. t. 9. f. 2.

In pratis *Schœnfeldicis* ad radices alnorum. Flor. Mart. Apr.

1047. BRYVM (*bimum*) capsulis pendulis pyriformibus obtusis, foliis lanceolatis alternis, caule rubiginosa. Hall. hist. n. 1847. sub MNIO.

Bryum lanceolatum bimum, setis et capsulis longis pendulis. Dill. musc. 405. t. 51. f. 73.

In paludosis pratorum *Schœnfeldicorum*.

Folia parum decurrentia, ovato-lanceolata, acuminata, distantia: ramea minora.

84 CLASSIS XVIII. PLANTAE

753. BRYVM (*ligulatum*) capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis oblongis undulatis ferrulatis. *Linn. Sp. pl. 1578. n. 14.* var. δ. (MNIVM *undulatum*.)

Bryum dendroides polycephalon, phyllitidis folio undulato pellucido, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc. 410. t. 52. f. 76.*

Muscus polygoni folio. *Tourn. inst. 555. t. 326. f. E.* *Mich. gen. 108. t. 59. f. 5.*

In dem Rosenthal, pratis Schäufeldicis, in dem Oberholze, Linkelerholze, solo humido, paludoso, copiose.

Folia decurrentia ligulata, obtusa cum acumine minuto.

1048. BRYVM (*roseum*) capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis rosaceo-congestis lanceolatis acutis. *Linn. Sp. pl. 1578. n. 14. var. γ.* (MNIVM *proliferum*.)

Bryum stellare roseum majus, capsulis ovatis pendulis. *Dill. musc. 411. t. 52. f. 77.*

Muscus stellaris roseus. *Buxb. cent. 2. p. 2. t. 1. f. 3.*

Cum sequentibus.

Folia ad apicem caulum in formam roseæ congesta et patentia, decurrentia, ovato-lanceolata, integerrima, (per lentem visa minutissime crenulata) acuminata.

1049. BRYVM (*cuspidatum*) capsulis nutantibus, pedunculis aggregatis, foliis ovatis acutis serratis. *Linn. Sp. pl. 1577. n. 14. var. β.* (MNIVM *cuspidatum*.)

Bryum pendulum, foliis variis pellucidis, capsulis ovatis. *Dill. musc. 413. t. 53. f. 79.*

Muscus polytrichoides polycephalus, chamæsyses folio. *Vaill. Par. 136. t. 26. f. 18.*

In pratis im Rosenthale, bey Schœnfeld und Abtnauendorf, præsertim in fossis, ubi muscis impletæ sunt.

Folia decurrentia, nunc latiora ad subrotundam, nunc angustiora ad lanceolatam formam magis inclinata, mucrone brevi terminata.

755. BRYVM (*punctatum*) capsulis cernuis, pedunculis aggregatis, foliis obovatis integrerrimis obtusis punctatis. *Linn. Sp. pl. 1577. n. 14. var. α. sub MNIO.*

Bryum pendulum, serpilli folio rotundiore pellacido, capsulis ovatis. *Dill. musc. 416. t. 53. f. 81.*

Cum præcedente et ad Gonnewiz, ad radices salicium, ut et am Gickerlingsberge in graminosis.

Folia sessilia, integerrima, quorum maxima sunt quæ caulem terminant. Operculum aristatum.

1050. HYPNVVM (*bryoides*) fronde simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera. *Linn. Sp. pl. 1588.*

Hypnum foliis planis pinnatis parvum septem, setis ex summitate. *Hall. hist. n. 1776.*

Hypnum taxiforme exiguum versus summitatem capsuliferum. *Dill. musc. 262. t. 34. f. 1.*

Muscus polytrichoides, exiguus capsulis in summis surculis s. foliis, subrotundis, erectis. *Vaill. Par. 136. t. 24. f. 13.*

Muscus terrestris minimus, foliis pennatim dispositis. *Buxb. cent. 1. p. 44. t. 64. f. 3.*

86 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Icon *Oed. Dan.* t. 473. f. 1.

In umbrosis humidis, solo argilloso, præsertim in fossis, ad aggeres, *im Apelischen Garten an der Linden-Allee, im Rosenthal, bey Gohliz, Lindenau, Gonnewitz, ad laterarium Meisdorficam, im Oberholze.* Flor. hymene, primo vere.

1051. HYPNVM (*taxifolium*) fronde simpliciflora pinnata lanceolata basi pedunculifera.
Linn. Sp. pl. 1587.

Hypnum foliis planis pinnatis parium duodecim, setis radicalibus. *Hall. hist. n. 1775.*

Hypnum taxiforme minus, basi capsulifera. *Dill. musc. 263. t. 34 f. 2.*

Muscus pennatus, capitulis adianti. *Vaill. Par. 136. t. 24. f. 11.*

In viis minus tritis humidis, *im Rosenthal.* Rarissime floret, Octobri.

Frondibus planis foliisque distichis, i. e. in duas series oppositas simplices digestis, cum priori convenit, sed longe majus est, foliisque majoribus numerosioribus et saturatius viridibus differt. Frondes quandoque ramosæ, rarius apice semel vel bis proliferæ observantur.

772. HYPNVM (*denticulatum*) fronde pinnata simplici: pinnis duplicatis, basi pedunculifera. *Linn. Sp. pl. 1588.*

Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis duplicatis recurvis. *Dill. musc. 266. t. 34 f. 5.*

In pratis *Schænfeldicis*, ad radices alnorum.

Folia bifaria, serie simplici, s. dupliqui, rarius triplici sibi incumbentia, falcata. Opercula exæctæ conica.

1052. HYPNVM (*sylvaticum*) fronde pinnata
ramosa decumbente, foliolis acutis, medio
pedunculifera. *Huds. Engl.* 419. n. 4.

Hypnum denticulatum pennatum, pinnulis simplici-
bus rectioribus. *Dill. musc.* 267. t. 34. f. 6. *Hall.*
bist. n. 1773.

In aggeribus humidis umbrosis, *im Oberholze*, ad la-
terarium *Meisdorficam*.

Folia rectiora. Operculum in mucronem acum-
natum productum. Surculi subinde indivisi, supra
basin setiferi.

778. HYPNVM (*complanatum*) fronde ramosa:
foliis distichis imbricatis acinaciformibus
acuminatis.

Hypnum (complanatum) fronde pinnata ramosa:
foliolis imbricatis acutis complicatis compressis.
Linn. Sp. pl. 1588.

Hypnum caule disticho, foliis ovatis planis, capsu-
lis ovatis aristatis. *Hall. bist.* n. 1771.

Hypnum pennatum compressum et splendens, ca-
psulis ovatis. *Dill. musc.* 268. t. 34. f. 7.

Muscus trichomanoides filicifolius splendens. *Vaill.*
bot. 139. t. 23. f. 4.

Muscus terrestris repens - - *Moris. bist.* 3. p. 625.
f. 15. t. 5. l. 2. f. 5.

Ad arborum truncos, *im Rosenthale* et alibi.

Frondes explanatæ, de arborum truncis recta ex-
stantes, inferiori pagina quodammodo concavæ, undi-
que cinctæ foliis in duplice seriem oppositam dige-
stis, in ramis primariis latioribus, in minoribus angu-
stioribus; extremitates ramorum lateralium in fila
tenuia abeunt, foliis minimis capillaribus obsita, licet

88 CLASSIS XVIII. PLANTAE

oculo nudo calva videantur; hæc fila tam a DILLENIo, quam a VAILLANTIO in iconibus omittuntur, in sola icone MORISONIANA adsumt; sed perperam additis capsulis, quod nimirum pro fetis habuit pictor.

Non confundendum est cum alio musco, cui, nisi curiosius examinatum, non adeo dissimile est; nimurum *Fontinali pennata* LINN. a DILLENIO t. 32. f. 7. VAILLANTIO t. 27. f. 4. et HALLERO enum. t. 3. f. 2. hist. t. 45. f. 2. expressa, ad Hypna potius referenda, circa Lipsiam nondum reperta.

1053. HYPNVUM (*trichomanoides*) fronde ramosa: foliis distichis imbricatis acinaciformibus obtusis.

Hypnum pennatum trichomanoides splendens ramosum. Dill. musc. 269. t. 34. f. 8.

Ad arborum radices in nemoribus umbrosis *bey Gonnewiz, im Rosenthal* etc.

Statura minor et habitus strictior quam præcedentis speciei; ramuli breviores, in quibus extremitates calvæ prioris rarius observantur, foliis minimis ovatis adspersæ, apice iterum foliosæ; folia acinaciformia, quam in præcedente breviora, fine elliptico, obtuso, non tamen apice rotundato, sed angulo terminato; setæ ut plurimum ad exortum ramulorum enascuntur, non tamen semper. Opercula magis acuminata. Præcedenti maxime adfinis est, cui ut varietas a pluribus auctoribus jungitur.

1054. HYPNVUM (*prælongum*) surculis subspinatis decumbentibus: ramulis remotis, foliis ovatis, capsulis cernuis. Linn. Sp. pl. 1591.

Hypnum repens, triangularibus parvis foliis prælongum. *Dill. musc.* 278. t. 35. f. 15.

An **Muscus filicinus minor** C. Bauhini? *Vaill. Par.* 140. t. 23. f. 9.

Muscus terrestris minor foliis crispis. *Buxb. cent.* 4. p. 37. t. 63. f. 3.

Ad arbores emortuas, radices arborum, et in ipsa terra argillosa humida, in horto *Apeliano*, im *Rosenthal*, ad *Gonnevitz*, *Raschewitz* etc.

1055. **HYPNUM (abietinum)** surculis pinnatis teretiusculis remotis inæqualibus. *Linn.* *sp. pl.* 1591.

Hypnum ramis duris teretibus, foliis appressis ova-to-lanceolatis pilo aristatis. *Hall. hist.* n. 1762.

Hypnum lutescens, alis subulatis tenacibus. *Dill. musc.* 280. t. 35. f. 17.

Muscus pennatus minor, caulis ramosis in summitate velut spicatus. *Vaill. Par.* t. 29. f. 12.

Muscus terrestris, surculis filamentosis tenacibus abietinis semel tantum divisis. *Moris. hist.* 3. p. 626. f. 15. t. 5. l. 4. f. 22.

In aggeribus aridioribus, auf dem *Gickerlingsberge*, ad viam nach *Gobliz und Lindenthal*. Numquam apud nos floret.

Ramuli recti, aut in arcum modice flexi; eorum nonnulli saepius apice intumescunt in gemmulas ovatas, a foliis ovatis muticis, imbricatis constructas, quas apud auctorum neminem reperio. - - Figura *VAILANTII* optima est, neque folia nimis cuspidata, quidquid in contrarium moneat *DILLENIUS*.

90 CLASSIS XVIII. PLANTÆ

1056. HYPNVM (*aduncum*) surculis erectiusculis subramosis, foliis secundis recurvatis subulatis. *Linn. sp. pl. 1592.*

Hypnum caule erecto, foliis falcatis pilo aristatis, operculis conicis. *Hall. bist. n. 1736.*

Hypnum palustre erectum, summitatibus aduncis. *Dill. musc. 292. t. 37. f. 26.*

In pratis uidis *Schænfeldicis* copiose.

1057. HYPNVM (*triquetrum*) ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis. *Linn. sp. pl. 1589.*

Hypnum vulgare triangulum maximum et pallidum. *Dill. musc. 293. t. 38. f. 28.*

In nemoribus ad arborum radices, *im Rosenthalē, bey Gonnewiz etc.* rarissime floret.

Hac specie, præ aliis, radices, vitra, vasa murrhina etc. peregre transmittenda involvi, sedilia sarciri, et regularum interstitia hiantia obturari solent.

1057. HYPNVM (*rutabulum*) ramis vagis erectiusculis, foliis ovatis acutis mucronatis patulis, operculis conicis.

Hypnum ramis vagis subrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. *Linn. sp. pl. 1590.*

Hypnum dentatum vulgatissimum, operculis obtusis. *Dill. musc. 295. t. 38. f. 29.*

Muscus terrestris vulgaris minor, adianti aurei capitulis. *Moris. bist. 3. p. 625. n. 3. p. 626. f. 15. t. 6. l. 1. f. 35. p. 629. t. 6. l. 4. f. 18.*

Icones *Vail. Paris.* t. 27. f. 8. t. 23. f. 2.

In nemoribus humidis ad arborum radices, *im Rosenthalē, ad Gonnewiz etc.*

Folia amplexicaulia, laxa, parum vel nihil striata, convexo-concava, omnium tenuissime denticulata, ita, ut denticuli non nisi lenticulis vitreis convexioribus videri possint; in acumen modicum desinentia. Operculum breve, conicum, acutum absque mucrone.

1058. HYPNVM (*striatum*) ramis vagis recurvis, foliis ovatis lineatis acutis undique patentibus, operculis mucronatis.

Hypnum vulgare dentatum, operculis cuspidatis.

Dill. musc. 297. t. 38. f. 30.

In nemorosis udis passim, *in Rosenthalē etc.*

Folia conferta, magis amplexicaulia, quam præcedentis, iisque laxiora, latiora et fere triangularia, apice acuta, sæpe etiam obtusa, non in acumen elongatum exeuntia, lineata, si lente adspicias, tenuissime ferrulata.

1059. HYPNVM (*piliferum*) ramis vagis rectis, foliis ovatis, concavis, obtusis, apice piliferis, operculis cuspidatis.

In nemorosis umbrosis udis ad *Gonnebwiz.* Numquam florens inveni.

Hypno *ratabulo* persimile est, sed folia magis appressa ovata, pleraque ita concava, ut cochleariformia dici possint, per siccitatem basi striata, integerrima, apice rotundato in pilum tenuissimum rectum elongatum desinunt. Setæ (in specimine aliunde ad me misso) unciales, rubræ; capsulæ ut in Hypno ratabulo, sed minores; operculo conico, cuspide longa terminato, longitudine fere capsulæ. - - Præcedentibus duobus dissimilius est, præsertim oculo armato examinatum, quam ut cum eorum alterutro confundi possit.

92 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1060. HYPNVM (*fluitans*) foliis lanceolatis,
alternis remotis. *Linn. fl. Suec.* 2. n. 1034.

Hypnum caule fluitante prælongo, foliis raris lan-
ceolatis adscendentibus. *Hall. hist.* n. 1761?

Hypnum erectum aut fluitans, foliis oblongis angu-
stis peracutis. *Dill. musc.* 299. t. 38. f. 33.

Muscus fluitans, foliis et flagellis longis tenuibus-
que. *Vaill. Paris.* 139. t. 33. f. 6.

In aquis stagnantibus: *im Teiche vor Meckern*; *in
der Lebmgrube am Gonnwitzer Wege*; ad radices al-
norum in pratis *Schænfeldicis*. Rarissime floret.

1061. HYPNVM (*stellatum*) surculis erectis,
foliis ovatis longe mucronatis erecto-pa-
tulis coloratis. . . .

Hypnum coma lutescente, extremitatibus stellatis.
Dill. musc. 302. t. 39. f. 35.

Muscus palustris, foliis et flagellis rigidiusculis, fe-
minibus in foliorum alis. *Vaill. Paris.* 141. t. 28.
f. 10.

In paludosis pratorum *Schænfeldicorum*.

Pars inferior caulum sæpius nigricat aut fulva est,
extremitates lutescunt. Folia amplexicaulia, basi di-
latata, non striata, inferiori parte erecta, deinde undi-
que patentia, apicem versus attenuantur et in mucro-
nem longum pertenuem desinunt. Semina in folio-
rum alis a *VAILLANTIO* observata meræ sunt gem-
mulæ. Fructificatio vera ignoratur.

1062. HYPNVM (*nitens*) surculis erectis, ra-
mulis brevissimis, foliis lanceolatis appres-
sis striatis, perichætiis longissimis, capsulis
obliquis.

Hypnum

Hypnum (trichodes) ramis rectiusculis, pinnulis approximatis apice pedunculiferis. *Neck. Gallobelg.*

483. n. 35.

Hypnum palustre erectum trichodes, ramulis crebris luteo - et rufo - virentibus glabris. *Dill. Giss. 220. musc. 303. t. 39. f. 37.*

In paludosis pratorum *Schænfeldicorum*. Numquam florentem inveni.

Surculi palmates, tomento fusco denso obducti, ex quo passim folia rara emicant. Rami primarii pauci, altitudine surculorum, similiter tomentosi, saepe nulli. Ramuli ultimi perbreves. Folia luto immersa fusca, in summitatibus surculorum longa, concava, flava aut dilute lutea, nitentia, striata, acuminata. Perichaetia ex ipso caule oriunda, prælonga, ramulos referentia, ita ut ex ramulis potius quam e caule setæ egredi videantur; ejus folia interiora, quæ totam perichaetii longitudinem efficiunt, foliis plantæ similia, sed magis striata, minus acuminata sunt. Setæ longæ erectæ rubræ. Capsulæ inclinatae, oblongæ, incurvæ, rubellæ, operculo conico acuto. — Male *trichodes* dicitur, nec folia vere capillacea sunt, quamvis obiter intuenti talia videantur.

1063. **HYPNVM (squarrosum)** foliis ovato-lanceolatis apice subulatis undique reflexis. *Linn. sp. pl. 1593.*

Hypnum repens triangularibus reflexis foliis majus et minus. *Dill. musc. 303. 304. t. 39. f. 38. 39.*

Muscus erectus, foliis reflexis. *Vaill. Paris. 159. t. 27. f. 5. minus bona.*

Majus, in nemoribus udis, ad *Gautsch*, *Zæpen* frequens; minus, in prato am *Rosenthaler*, et alibi; im

94 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Stadtgraben beym Petersthore. Eidem usui inservit ac
Hypnum triquetrum.

761. HYPNVM (*viticulosum*) surculis repenti-
bus, ramis vagis teretibus erectis, foliis
patulis acuminatis. *Linn. sp. pl. 1592.*

Hypnum foliis lanceolatis crispis, capsulis erectis,
operculis conicis. *Hall. hist. n. 1739.*

Hypnum subhirsutum, *viticulosum* gracilibus erectis,
capsulis teretibus. *Dill. musc. 307. t. 39. f. 43.*

Ad arborum truncos *im Rosenthale*, in nemoribus
ad Gonnewitz, Raschowitz. Rarissime floret.

Surculi recti vel modice flexi. Folia sicca parum
contorta, secunda, præsertim in summitatibus ramo-
rum, quæ per siccitatem crassescunt. Sæpius gem-
mulæ minimæ, e foliorum alis copiose erumpentes, ra-
mos clavatos crisposque reddunt.

1064. HYPNVM (*riparium*) surculis teretibus
ramosis, foliis acutis patulis distantibus.
Linn. sp. pl. 1595.

Hypnum aquaticum, flagellis teretibus et pinnatis.
Dill. musc. 380. t. 40. f. 44.

In fossis pratorum *Schænseldicorum*; ad *Plissam*
passim.

1065. HYPNVM (*purum*) ramis teretibus, fo-
liis ovatis, setis prælongis, capsulis incli-
natis aristatis. *Hall. hist. n. 1743.*

Hypnum surculis pinnato - sparsis, subulatis, foliis
ovatis obtusis conniventibus. *Linn. sp. pl. 1594.*

Hypnum cupressiforme vulgare, foliis obtusis. *Dill.*
musc. 309. t. 40. f. 45.

Muscus squamosus cupressiformis. T. Vaill. Par. 138. t. 28. f. 3.

In pratis, pascuis, vor dem Ranstädter-Thore, im Apelischen Garten, in nemoribus, passim, ut im Oberbolze.

Rami versus apices surculorum gradatim decrescentes, apice attenuati, recurvati. Folia ovata, in brevissimum mucronem exeuntia, concava: majora fere cochleariformia. Setæ longæ rectæ. Eadem species, sed obesior, et foliis latioribus, occurrit im Bieniz.

1066. HYPNVM (*illecebrum*) surculis ramisque vagis teretibus erectiusculis obtusis.
Linn. sp. pl. 1594.

Hypnum foliis ovato-lanceolatis concavis, ramis teretibus. Hall. hist. n. 1744.

Hypnum cupressiforme rotundius vel illecebrense æmulum. Dill. musc. 3n. t. 40. f. 46.

Muscus terrestris, surculis kali geniculati aut illecebrense æmulis, foliolis subrotundis squamatim incumbentibus. Raj. Vaill. Par. 137. t. 25. f. 7.

In aggeribus, im Apelischen Garten, ad viam publicam versus Gohlz, ubi rarissime floret; in pratis et nemoribus, im Rosenthal, ad Raschewitz, numquam florens.

Rami teretes, aut minus quam praecedentis attenuati, magis inordinate crescentes; folia cochleariformia, obtusa, mucrone minutissimo non nisi per lenticulam apparente. Setæ breves, uncia non longiores, ut plurimum curvæ.

96 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1067. HYPNVM (*compressum*) ramis apice atque tenuatis, foliis ovato-lanceolatis, setis elongatis, capsulis inclinatis operculo conico.

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis, setis prælongis, capsula crassa, operculo conico.
Hall. hist. n. 1742.

Hypnum surculis plano-pinnatis, ramulis simplicibus proliferisque, pedunculis bipollicaribus.
Neck. Gallop. 477. n. 23.

Hypnum cupressiforme tenuius et compressius.
Dill. musc. 312. t. 40. f. 47.

Muscus erectus, foliis angustis, caulis appressis.
Vaill. Par. 139. n. 1. t. 29. f. 10.

Muscus terrestris erectus, foliis angustioribus. *Buxb. cent. 4. p. 37. t. 64. f. 1. 3.*

In nemorosis, im Bieniz, copiose; floret in declivi- bus, humosis, sæpius humectatis.

Rami longe tenuiores, folia longiora auctioraque quam in præcedentibus. Ab *Hypno puro*, cui ita simili est, ut cum eo facile confundi posset, præeunte per ill. de HALLER separavi.

1068. HYPNVM (*alopecurum*) surculis erectis, ramis fasciculatis terminalibus subdivisis, capsulis inclinatis. *Linn. sp. pl. 1594.*

Hypnum caule nudo confertim ramoso, ramis et capsulis inclinatis aristatis. *Hall. hist. n. 1748.*

Hypnum dendroides obscurius, setis et capsulis brevioribus subnudantibus. *Dill. musc. 315. t. 41. f. 49.*

Muscus squamosus alopecuroides, flagellis recurvis.

Vaill. Par. 123. t. 23. f. 5.

In nemorosis umbrosis ad *Gonnewiz*, *Gautsch* etc. frequens, ubi terram argillaceam nudam operit, sed numquam floret.

Surculi basi nudi, arbusculas referentes, fragillimi, exsiccati ut plurimum nigrescentes. Rami recurvati.

1069. HYPNVM (*myosuroides*) surculis ramosissimis : ramis subulatis incurvatis utrinque attenuatis teretibus. *Linn. sp. pl. 1569.*

Hypnum myosuroides crassius, capsulis erectis. *Dill. musc. 316. t. 41. f. 50.*

Muscus denticulatus minor sericeus nostras, capitulis adianti. *Vaill. Par. 137. t. 28. f. 4.*

In truncis arborum *im Oberholze*.

1070. HYPNVM (*polyanthos*) surculis ramosissimis : ramis rectis teretibus multifloris, capsulis erectis.

Hypnum sericeum ramosius et tenuius, capsulis acuminatis. *Dill. musc. 327. t. 42. f. 62.*

Ad truncos arborum, in primis salicium, annosos frequens.

Cauliculi teretes, repentes, extremitatibus liberi. Ramuli perbreves (vix semunciales) dense congesti, erecti, versus extremitates cauliculorum proportionate decrescentes, undique imbricati foliis parvis, erectis, lanceolatis, modice concavis, non striatis, splendentibus, longe acuminatis, apices ramulorum pilis terminantibus ad alterutrum latus subinde flexis. Setæ numerosæ erectæ dilute rubræ e cauliculis ramisque frequentes erumpunt, capsulas et effætas et nondum ad-

98 CLASSIS XVIII. PLANTAE

ultas proferentes; illæ plerumque setis humilioribus insident, saepiusque vix e ramulorum cæspitulo emergunt. Perichaetium arctum, gracile. Calyptæ albidæ. Capsulæ erectæ, maturæ urceolatæ, rufescentes; operculum conicum. Synonymon Dillenianum indubium est, quamvis icon primo adspectu recedere videatur, cum plantulæ ramos, semper implexos densumque cespitem constituentes, extricatos distinctosque, et capsulas nonnullas justo paullo magis inclinatas sifit. — Ad duætum hujus synonymi est *Hypnum* foliis perangustis filo terminatis, capsulis inclinatis breviter aristatis. *Hall. hist. n. 1755.*

770. HYPNVM (*sciuroides*) surculis erectis ramosis incurvatis. *Linn. sp. pl. 1596.*

Hypnum caulis teretibus ramosis, foliis adpressis pilo aristatis, operculis conicis. *Hall. hist. n. 1749.*

Hypnum arboreum sciuroides. *Dill. musc. 319. t. 4l. f. 54.*

In arborum truncis *in Rosentbale* et alibi passim frequens, rarissime florens.

Rami saepius recti; foliis siccis appressis in alterutrum latus flexis. E foliorum alis subinde gemmulae nascuntur, unde rami clavati crispique fiunt.

1071 HYPNVM (*lutescens*) surculis vagis procumbentibus, foliis ovatis-lanceolatis subulatis striatis, capsulis obliquis. *Huds. Engl. 421.*

Hypnum sericeum surculis longioribus et rectioribus, capsulis incurvis. *Dill. musc. 325. t. 42. f. 60.*

Hypnum

Hypnum caulis teretibus, foliis pilo terminatis, capsulis obliquis aristatis. *Hall. hist. n. 1753.*

In pratis, nemoribus ad terram.

Hypno sericeo simillimum, differt surculis longioribus, ramis remotioribus, capsulis cernuis.

760. HYPNVM (*serpens*) surculis repentibus, ramis filiformibus: foliis oblitteratis (*Linn. sp. pl. 1596.*) capsulis cylindriaceis inclinatis, mucrone brevissimo recto.

Hypnum caulis prostratis, foliis minimis pilo terminatis, capsulis cylindricis erectis mucronatis. *Hall. hist. n. 1756.*

Hypnum trichodes serpens, setis et capsulis longis erectis. *Dill. musc. 329. t. 42. f. 64. excluso syn. Vaillantii.*

Habitat ad sepes, arborum radices corticesque cet.

Ramuli breves. Folia vix visibia, lanceolata, in acumen capillare tenuissimum desinentia. Capsulæ inclinatæ aut cernuæ, basi graciles, inde cylindracea, curvulae, longæ. Operculum conicum, mucrone tenuissimo brevissimo recto.

1072. HYPNVM (*intricatum*) surculis repentibus, ramis brevibus: foliis laxis lanceolatis acuminatis, capsulis obliquis cernuis mucrone obliquo.

Muscus terrestris omnium minimus, capitulis majusculis oblongis erectis. *Vaill. Paris. 138. t. 28. f. 2. 6. 7. 8.*

Muscus terrestris minor, caulinis repentibus tenuissimis. *Buxb. cent. 4. p. 36. t. 63. f. 2.*

100 CLASSIS XVIII. PLANTAE

In corticibus arborum ad trunco^s, radice^s, in horto
Apeliano, im Rosenthale, et alibi.

Cauliculi longi, intricati. Ramuli breves, foliis si-
milibus ac præcedens, sed oculo nudo bene visibilibus,
laxis, post exsiccationem adhuc magis existantibus, la-
tioribus, in pilum breviorem desinentibus cincti. Setæ
breviores, dilute rubræ. Capsulæ inclinatæ aut ad la-
tus flexæ, breviores, virescentes, (denique obscure ru-
bræ) oblique urceolatæ, basi ventricosæ, collo sub an-
nulo contractiore, annulo tumido eleganter rubro;
operculo conico pariter rubro, terminato cuspidate ejus-
dem longitudinis, obliqua, ut plurimum sursum spe-
ctante. — Cum Hypno serpente ob folia majora sig-
ramque capsularum diversam conjungi nequit, neque
cum Hypno velutino ex eadem causa et ob folia sem-
per a surculis dehiscentia.

1073. HYPNVUM (*attenuatum*) surculis rāmo-
fissimis, ramis incurvatis apice gracilescen-
tibus, foliis secundis ovatis carinatis obtu-
sis, capsulis erectis cuspidatis.

Hypnum repens trichodes arboreum majus, cauli-
culis ramosis. *Dill. musc. 331. t. 42. f. 66?*

Ad radices arborum non infrequens, ad *Gonnewiz*,
Raschwiz.

Surculi frequentes inferne pallentes et quasi emortui,
extremitatibus dilute virides, non tamen splendentes;
rami conferti, sæpe fasciculati, utrinque attenuati, api-
ce in filum tenue fere calvum desinentes, curvi. Fo-
lia amplexicaulia, a caule existantia, ad alterum latus
magis flexa, ovata, apice lanceolato, obtuso, canalicu-
lata, post exsiccationem perfectly heteromalla; in fine
ramulorum minuta. Setæ ad divaricationes caulum
ramorum-

ramorumque, solitariæ aut confertæ, unciales et supra, rectæ, purpureæ; perichaetio albido brevi, cuius squamæ ovatæ inferiores, obtusæ, superiores in acumen prælongum desinunt. Capsulæ cylindraceo-urceolatae, longiusculæ, pallide rubræ, operculi cuspidé brevi, obliqua. — Figura Dillenii ad similitudinem quorundam hujus speciei speciminum quodammodo accedit, sed figura foliorum, quam et icon, et descriptio exhibent, aliena est.

1074. HYPNVM (*palustre*) surculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis ovatis secundis, capsulis erectiusculis. *Huds. Engl.*
429. n. 37. *Linn. sp. pl. 1593.*

Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalon repens. Dill. 293. t. 37. f. 27.

Ad sublicas putridas *an der Pleisse.*

Specimina nostra cum figuris Dillenianis exakte convenient, nisi quod teneriora, surculi longiores, ramuli que breviores sint. Hi in inferiore parte surculi subinde ramulosi, ut in fig. B., versus ejus extremitatem simpliciores, ut fig. A. exhibet, esse, saepiusque sub ipso apice non erigi, sed ligno arrepere et pinnatim utrinque a caule divergere solent. Capsulæ plerique rectæ, cylindracea, rectiusculæ sunt; non tamen de sunt obliquæ inclinatae.

1075. HYPNVM (*curtipendulum*) surculis vagis teretibus, foliis ovatis acutis patulis, perichaetiis longissimis, capsulis pendulis. *Linn. sp. pl. 1594.*

102 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato lanceolatis pilo aristatis, capsulis ovatis pendulis: operculis aristatis. *Hall. hist. n. 1740.*

Hypnum dentatum curtipedulum, viticulis rigidis.
Dill. musc. 333. t. 43. f. 69.

Ad arborum truncos *im Oberholze.* D. KNOLLE.

Ramuli steriles alii apice subulati, calvescentes, alii apice crassiores stellati. Folia sicca ad alterum latus inclinata. Setæ breves. Capsulæ post emissionem pulveris contenti iterum erectæ.

1076. MNIVM (*pellucidum*) caule simplici, foliis ovatis. *Linn. sp. pl. 1574. n. 1. Schmidel. ic. 1. p. 13. t. 3. opt.*

Mnium caule simplicissimo, foliis ovato-lanceolatis, seta fungifera foliosa. *Hall. hist. n. 1853. exclusis synonymis Michelii et Buxbaumii, quæ bis citantur, ad hanc et ad sequentem speciem.*

Mnium serpylli foliis tenuibus pellucidis. *Dill. musc. 232. t. 31. f. 2.*

Icon *Oed. Dan. t. 300.*

In ligno putrido passim; *im Apelischen Garten.* D. KNOLLE.

1077. MNIVM (*palustre*) caule dichotomo, foliis lanceolatis. *Linn. sp. pl. 1574.*

Mnium caulis rubiginosis bipartitis, foliis lanceolatis mollibus, capsulis cylindricis acuminatis. *Hall. hist. n. 1855.*

Mnium majus, ramis longioribus bifurcatis. *Dill. musc. 233. t. 31. f. 3.*

Muscus palustris, flagellis erectis luteolis raro divisis, capitulis oblongis adianti. *Moris. hist. 3. p. 629. t. 6. f. 9.*

Muscus palustris erectus flavescentia capillaceo folio. *Vaill. Par. 135. t. 24. f. 1.*

In pratis *bey Schœnfeld, Abtnauendorf etc.* copiose.

1078. JVNGERMANNIA (*scalaris*) foliis integrimis ovatis distichis, extremo caule setifero. *Hall. hist. n. 1858.*

Jungermannia scalaris. Schmidel. de Jungerm. p. 20. f. XVII.

Mnium trichomanis facie, foliis integris. *Dill. musc. 236. t. 31. f. 5.*

Mnium foliis distichis integrimis. *Linn. sp. pl. 1578.* Ad aggeres, et fossas *im Oberholze.*

Calyx ut plurimum terminalis, quandoque e medio frondis oritur.

1079. JVNGERMANNIA (*lanceolata*) frondibus simpliciter pinnatis lanceolatis adscendentibus apice floriferis, foliis integrimis. *Linn. sp. pl. 1597.*

Jungermannia foliis pinnatis ovatis confertis, ex apice florifera. *Hall. hist. n. 1871.*

Lichenastrum trichomanis facie minus ab extremitate florens. *Dill. musc. 486. t. 70. f. 10. f. A. B.*

Var. — — surculis foliis ac floribus minoribus, foliolis circa thecas tenuioribus crebrioribus. *Dill. l. c.*

In subhumidis umbrosis *im Oberholze*; varietas in agris arenosis humidis, versus *Schœnfeld*, copiosa.

104 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1080. JVNGERMANNIA (*varia*) surculis adscendentibus, foliis distichis bilobis subrotundis integerrimis, lobulis inæquilibus.

Jungermannia surculis erectiusculis bifariam imbricatis, foliolis bipartitis. *Linn. sp. pl. 1601.*

Lichenastrum foliis variis. *Dill. musc. 505. t. 73. f. 36. variet. A. B.*

Ad aggeres im Oberholze.

Plantulæ nostræ, quæ ad figuræ Dillenianas citatas proprius, non tamen ad amissim, accedit, surculi, quantum videre potui, simplices, rarius versus apicem ramosi, basi decumbunt ultra medium erecti; folia disticha inferne minuta, versus extremitatem gradatim majora, a caulinculo exstantia, laxa, subinde remota, biloba: lobis integerrimis, subrotundis: quorum alter inferiora spectans duplo fere major, phlebotomium figura imitatur, undique tamen rotundatus, antice aliquot crenis lente admodum convexa tantum observandis notatus: minor magis ovatus in angulum exit acutulum. Cal. terminalis, brevis, quadrangularis, sulcis quatuor profundis longitudinalibus divisus, quadridentatus, acutulus. Totius plantulæ longitudo vix dimidium pollicem excedit.

1081. JVNGERMANNIA (*bidentata*) surculis procumbentibus ramosis, apicibus floriferis, foliis ovatis bicuspidatis, stipulis lanceolatis quadridentatis.

Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. *Linn. sp. pl. 1598.*

Lichen-

Lichenastrum pinnulis acutioribus et concavis bifidis majus. *Dill. musc. 487. t. 70. f. n.* et *L. pinnulis obtusioribus bifidis minus.* *p. 488. f. 12.*

Jungermannia foliis imbricatis bicuspidatis globuligeris. *Hall. bist. n. 1863.* et *Jungermannia foliis bifidis in ramo florifero majoribus.* *Hall. bist. n. 1877.*

Muscus lichenoides, foliis pennatis bifidis. *Moris. bist. 3. p. 627. f. 15. t. 6. l. 2. f. 47.*

Hepaticoides polytrichi facie, foliis bifidis majus. *Vaill. Par. 99. t. 19. f. 8.*

In umbrosis et ad aggeres, *im Rosenthalae, Oberholze* frequens. Numquam florentem inveni.

Pinnulas secundarias s. auriculas, quæ forte melius stipulæ dicuntur, in hac specie nec DILLENIUS, nec alius quispiam auctorum observavit. Sunt autem solitariæ, oppositifoliæ i. e. in inferiore parte caulinæ, e regione foliorum, collocatæ, deorsum spectantes, bifidæ, immo quandoque bipartitæ: laciniis in forficis morem divergentibus, lanceolatis, externe dente acuto auctis, acutis, parvis. Folia majuscula, apice rotunde resecto, acutissime bidentata. Ramuli florentes ascendentes, apice floriferi.

1082. JVNGERMANNIA (*bicuspidata*) furculis procumbentibus, foliis distichis quadratis bidentatis, stipulis nullis.

Jungermannia bicuspida. *Schmidel. Diff. f. XVI.*

Jungermannia foliis bifidis e medio caule crebro florifera. *Hall. bist. n. 1878.* et *Jungermannia foliis distichis bicuspidatis, summis ramis globuliferis.* *Hall. bist. n. 1865. cum synonymis repetitis.*

106 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Jungermannia frondibus simpliciter pinnatis medio floriferis, foliolis bidentatis. *Linn. sp. pl. 1598.*

Lichenastrum pinnulis acutissime bifidis, minimum.
Dill. musc. 488. t. 70. f. 13.

In umbrosis in horto *Apeliano*, *im Oberholze* et alibi in humidis, præsertim ad orbitas, ubi aqua per hyemem stagnat; rarius floret.

Cauliculi medio floriferi; calyces prælongi, cylindracei plicati. Foliorum dentes sinu acuto separati.

1083. JVNGERMANNIA (*reptans*) surculis decompositis, medio floriferis, foliis quadratis antice incisis, stipulis quadrifidis.

Jungermannia frondibus subtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis. *Linn. sp. pl. 1599.*

Jungermannia minima ramosa polyanthos, foliis imbricatis trifidis. *Hall. bist. n. 1879.*

Lichenastrum multifidum exiguum ad basin florens, per siccitatem imbricatum. *Dill. musc. 494. t. 71. f. 24.*

In aggeribus umbrosis udis *im Oberholze*, etiam in apricis ad *Lindenau*. Flor. vere, non raro.

Surculi passim radicati, eleganter bipinnati, lète virides. Folia laxa, ad medium fere trifida aut quadrifida, acuta, adscendentia denticulis deflexis extrorsum spectantibus. Stipulæ foliis minores, denticulis pariter acutis, adscendentibus. Calyces in medio surculorum, excepti calyculo e squamis ovatis, triplici vel quadruplici serie imbricatis; ipsi triquetri, trisulcati, ore tri- seu quadridentato.

1084. JVNGERMANNIA (*barbata*) surculis elongatis medio floriferis, foliis antice crenatis, caulicolo subtus villoso.

Jungermannia barbata. *Schmidel. diff. p. 20.*

Jungermannia foliis latiusculis obtusis undulatis et velut angulosis. *Mick. gen. 7. t. 5. f. 10?*

In umbrosis, im Roßenthal, Oberholze.

Surculi recti, subtus villo radicati. Folia disticha, obliqua, quadrata, antice crenis tribus quatuorve incisa, acutis, ut plurimum undulato - plicata plicis tot quot crenæ. Calyces ovati. Hujus ut et aliarum minus vel nondum cognitarum specierum Jungermanniae historiam absolutissimam, ab excellentissimo inventore, Cel. SCHMIDELIO, sperare licet.

1085. JVNGERMANNIA (*pusilla*) surculis brevissimis apice floriferis, foliis imbricatis antice crenatis, caulicolo subtus villoso.

Jungermannia pusilla. *Linn. sp. pl. 1602. fl. Suec. 1050. Schmidel. diff. p. 13.*

Lichenastrum exiguum, capitulis nigris lucidis et cotylis parvis nascentibus. *Dill. musc. 513. t. 74. f. 46.*

Ad aggeres, fossas, solo arenoso, fere ubique: zwischen der Stadt, den Koblgäerten und Schäenfeld, bey Lindenau, am Bieniz, im Oberholze etc.

Cauliculi brevissimi, unam alteramve lineam longi, ramis pariter brevissimis, basi et subtus radiculis creberrimis adfixi. Folia imbricata, in surculis florentibus densius congesta, in reliquis paullo laxiora, apice rotu-

108 CLASSIS XVIII. PLANTAE

rosulas formantia, obliqua, antice crenata, denticulis duobus ad quinque, acutis, plerumque concava, longitudinaliter undulata, subinde tamen planiora; foliis antecedentis admodum similia. Flores terminales (aut, caulinulo simul ex apice prolifero, medii) solitarii, rarius bini ternive. Calyx cinctus foliis quatuor laxis, compressus, angulatus, plicis quatuor seu quinque totidemque crenis. Receptaculi cruciati laciniæ ovatae. Frondes aliæ supra caulinulum polliniferæ.

Ab hac nostra diversa esse videtur Jungermannia foliis palmatis digitatis e basi florifera. *Hall. hist. n. 1387.* cum perill. Auctor ad tribum frondibus simplicibus refert, eique calyces clavatos hirsutos tribuit.

1086. JVNGERMANNIA (*tamariscifolia*) surculis decompositis apice floriferis, foliis subrotundis subtus auriculatis, stipulis ovatis emarginatis.

Jungermannia foliis imbricatis serie dupli, superioribus subrotundis convexis obtusis quadruplo majoribus. *Linn. sp. pl. 1600.*

Jungermannia foliis imbricatis rotundis, superne alternis convexis, inferne quadrifariis. *Hall. hist. n. 1873.*

Lichenastrum imbricatum, tamarisci narbonensis facie. *Dill. musc. 499. t. 72. f. 31.*

Hepaticoides quæ muscus trichomanoides terestrис minor floridus. *Vaill. Paris. 100. t. 23. f. 10.*

Muscoides squamosum nigro-purpureum, surculis angustioribus, foliis circinatis minoribus. *Mich. gen. 10. t. 6. f. 5.*

In truncis arborum frequens.

Surculi passim radicati. Folia fere orbicularia, nunc imbricata, nunc remotiora, viridia, rubiginosa, fulva, grisea.

grisea. Auriculæ foliis appressæ, oblongæ, obtusæ, minutæ. Stipulæ iis plus quam duplo majores. Calyx acute tetragonus angulis crenulatis, superne contractior.

1087. JVNGERMANNIA (*trichophylla*) surculis teretibus, foliis capillaceis æqualibus.
Linn. sp. pl. 1601.

Lichenastrum trichodes minimum in extremitate florens. Dill. musc. 505. t. 73. f. 37. minus bona.

Im Oberholze passim inter alios muscos.

Surculi decumbentes, parum ramosi. Folia capillo quovis tenuiora, tamen, microscopio admodum augeante spectata, plana, nonnumquam bifida, isthmis intercepta, bina, trina et plura in fasciculos collecta, (radius solitaria) per intervalla alternatim caulinis adfixos. Calyx teres, apice in lacinias plures subulatas introrsum conniventes divisus. Crux linearis.

1088. JVNGERMANNIA (*multifida*) acaulis, fronde bipinnatifida. *Linn. sp. pl. 1602.*
Weiss Gotting. 109. *

Lichenastrum ambrosiæ divisura. Dill. musc. 511. t. 74. f. 43.

Ad orbitas humidas, in umbrosis, *im Oberholze*, numquam cum flore lecta.

784. JVNGERNANNIA (*furcata*) acaulis, fronde linearis ramosa, extremitatibus furcatis obtusiusculis. *Linn. sp. pl. 1602.*

Jungermannia foliis linearibus dichotomis inferne floriferis. *Hall. bist. n. 1885.*

110 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Lichenastrum tenuifolium furcatum. *Dill. musc. 512.*
t. 74. f. 45.

Ad arborum trunco, *im Oberholze*. Rarissime et
non nisi in humidis floret.

Frondes pilis raris ciliatæ. Calyces ovati, ex infe-
riore frondium pagina oriuntur.

785. JVNGERMANNIA (*epiphylla*) fronde
foliacea obtuse lobata ex medio florifera.
Hall. hist. n. 1883.

Lichenastrum capitulis rotundis e foliorum medio
enacentibus. *Dill. musc. 508. t. 74. f. 41.*

Icon *Schmiedel. diff. f. 1.*

Ad rivulum *binter dem Bieniz*; rarius florens.

1089. ANTHOCEROS (*levis*) fronde plana
crenata. *Schmiedel. Ic. pl. 1. p. 71. t. 19.*

Anthoceros frondibus indivisis sinuatis laevibus.

Linn. sp. pl. 1606. Hall. hist. n. 1893.

Anthoceros major. *Mich. gen. n. t. 7. f. 1.*

Anthoceros soliis majoribus minus laciniatis. *Dill.*
musc. 476. t. 68. f. 2.

Lichen hepaticus, pèdiculis gramineis. *Buxb. cent.*
1. p. 40. t. 61. f. 1.

Icon *Oed. fl. Dan. t. 396.*

In agris arenosis humidis ubique circa urbem; in
prato *Schænfeldico*, frequens. Floret vere, tum Au-
gusto, Septembri, Octobri.

1090. ANTHOCEROS (*punctatus*) fronde
crispa sinuato-laciniata.

Antho-

Anthoceros frondibus indivisis sanguinis punctatis.

Linn. sp. pl. 1606.

Anthoceros minor etc. Mich. gen. II. t. 7. f. 2.

Anthoceros foliis minoribus magis laciniatis. Dill. musc. 476. t. 68. f. 1.

Cum præcedente, et ad latera fossarum *im Oberbolze.*

1091. **RICCIA (*glaucia*)** frondibus glabris canaliculatis bilobis obtusis. *Linn. sp. pl. 1605.*

Riccia fronde sulco divisa, lobis bifurcatis, lobulis lanceolatis obtusis. Hall. bist. n. 1897.

Riccia minima pinguis, foliis latiusculis ample sulcatis e glauco virescentibus. Mich. gen. 107. t. 54. f. 4.

Hepatica palustris bifurca, lobis brevioribus carinatis. Vaill. Paris. 98. t. 19. f. 1.

Lichen minimus, foliis venosis bifariam vel tritariam se dividendo progredientibus. Moris. bist. 3. p. 623. n. 5. Dill. bist. musc. 533. t. 78. f. 10.

Lichen terrestris minor, foliis rutæ. Buxb. cent. 2. p. 10. t. 5. f. 5.

In agris fere ubique, in primis *nach Gomewiz, Burgbaufen, Schænfeld hin*, cum Anthocerote utroque; *auf dem Gickerlingsberge inter muscos.*

853. **MARCHANTIA (*conica*)** calyce communí quinqueloculari subovato. *Linn. sp. pl. 1604.*

Marchantia verrucis alperis, capitulis conicis. Hall. bist. n. 1889.

112 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Lichen vulgaris major pileatus et verrucosus. *Dill.*
musc. 516. t. 75. f. 1.

Hepatica reticulata et verrucosa. *Vaill. Paris. 97.*
t. 33. f. 8. f. fem.

Ad ripas paullo elatiores rivuli prata *Schænfeldica*
irrigantis observatus a sagacissimo plantarum scrutatore
D. D. HEDWIGIO, nunc Practico Chemnitensi.

IV. F V N G I.

1092. ELVELA (*purpurea*) subglobosa sessilis
solitaria glabra. *Linn. sp. pl. 1626. sub*
TREMELLA.

Sphæria convexa miniata hirsuta. *Hall. hist. n. 2189.*

Lichenoides tuberosum amœne purpureum. *Dill.*
musc. 127. t. 18. f. 6.

In ramis demortuis Oxyacanthæ, *im Apelischen Gar-*
ten, rarius.

Fungis, monente **DILLENIO**, proprius quam Li-
chenibus accedit, et a perill. **HALLERO** ad fungos re-
fertur. Ob notabilem quam cum speciebus quibus-
dam Elvelæ *Gled.* habere videtur adfinitatem, huic ge-
neri adsociare non dubitavimus.

1093. ELVELA (*Ceratospermum*) scutellata ova-
ta subcutanea.

Ceratospermum nigrum minimum discoides, e di-
versarum arborum ramorum emortuorum cor-
ticibus et præcipue corylo erumpens. *Mich.*
gen. 125. t. 56. f. 1. Hall. hist. n. 2212.

In corticibus ramorum populi tremulæ ad *Breiten-*
feld.

Patellæ ovatæ planiusculæ læves, margine parum elevato, fusco-nigricantes, disco semifinero; libro insidentes ex epidermide rupta efflorescentes. Nostra specimina iconi Michelianæ simillimæ sunt.

1094. LYCOPERDON (*pedunculatum*) stipite longo, capitulo globoso glabro: ore cylindraceo integerrimo. *Linn. sp. pl. 1654.*

Lycoperdon petiolo gracili, capite sphærico lævi papillato perforato. *Hall. hist. n. 2170.*

Lycoperdon parisienſe minimum pediculo donatum. *Tourn. inst. 563. t. 331. f. E. F.*

In muris argillaceis, *vor dem Schænfeldischen Schläge.*

Hujus speciei seminæ, microscopio plurimum augeante lustrata, caudata deprehenduntur, ut vulgaris.

1095. LYCOPERDON (*multifidum*) volva multifida patente evanida: radiis ovato-lanceolatis.

Geaster *Mich. gen. t. 100. f. 2. 3. quoad figuram.*

Fungus pulverulentus --- inferne stellatus. *Raj. Angl. 3. p. 27. cum volvam teneriore dicat; t. 1. f. 1. major nostris speciminibus.*

Icon *Tourn. inst. t. 331. f. G. H. Oed. Dan. t. 360.*

In muris argillaceis *Schænfeldicis* inter muscos, autumno et hyeme.

Volva simul cum capitulo perit; communiter instruitur radiis 7 - 10, nonnumquam incisis, ut in *f. 5. Michelii.* Moleculæ pollinis pariter caudatæ sunt. Distinguendum est ab altera specie majore, volva crassiore, duriore, perenni, in pauciores latioresque lacinias divisa: *Mich. l. c. f. 4. 5.*

114 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1096. LYCOPERDON (*Brassicæ*) subterra-
neum rugosum congestum. *Hall. bist. n.*
2178.

Tremella sphærica sessilis gregaria nigra. *Gleditsch.*
Abb. 2. p. 346.

Icon Gleichen. Reich. d. Pfl. t. 6.

In foliis Brassicæ accumulatis aut defossis, putridis.
Ad Elvelas GLEB. potius referenda esse videtur.

1097. CLAVARIA (*digitata*) ramosa lignea ni-
gra. *Linn. sp. pl. 1652.*

Sphæria nigerrima aspera petiolata conica. *Hall. bist.*
n. 2193.

Lichenagaricus nigricans cupressiformis ramosus et
non ramosus, lignis aridis adnascens. *Mich. gen.*
104. t. 55. f. 2. it. t. 54. f. 4.

Ad asperes putrescentes, *im Zwinger*, copiose invenit Clar. KNOLLE, Septembri.

1098. CLAVARIA (*hypoxylon*) ramoso - cor-
nuta compressa. *Linn. sp. pl. 1052.*

Fungus ramosus niger compressus parvus : apici-
bus albidis. *Raj. syn. 3. p. 15.*

In lignis putridis passim; in horto Illustr. LUDWI-
GII, auch *im Zwinger* invenit IDEM.

V. PLANTAE DVBLIAE.

1099. LENTICVLA (*polyrrhiza*) foliis sessili-
bus, radicibus confertis. *Linn. sp. pl. 1377.*

Hydrophace polyrrhiza, foliis ovatis planis. *Hall.*
bist. n. 1899.

Lenti-

Lenticularia major polyrrhiza inferne atropurpurea.

Mich. gen. 16. t. II. f. 1.

*Lenticula palustris major. Raj. Angl. 3. p. 129. t. 4.
f. 2.*

Icon Ræf. inf. 3. t. 73. 74. f. 12. t. 94.

In aquis stagnantibus passim.

CRVSTACEAE ET FILAMEN- TOSAE HALL.

1100. **LICHEN** (*jubatus*) filamentosus pendulus, axillis compressis. *Linn. Sp. pl. 1622. n. 74.*

Lichen barbatus pendulus, filamentis nigris prolixis. Hall. hist. n. 1968.

*Vsnea jubata nigricans. Dill. musc. 64. t. 12. f. 1.
Im Oberholze ad arborum truncos.*

1101. **LICHEN** (*chalybeiformis*) filamentosus, ramosus, divaricatus, decumbens, implicato flexuosus. *Linn. Sp. pl. 1623. n. 77.*

Lichen fruticosus diffusus, caulis vagis flexuosis rigidis teretibus. Hall. hist. n. 1969.

Vsnea rigida horsum vrosum extensa. Dill. musc. 66. t. 13. f. 10.

Lichen capillaceus, setæ equinæ instar rigidus, e fusco virens. Buxb. Hall. 190.

Ad quercuum truncos im Bieniz; in sepimentis ligneis semiputridis, bey Parneck.

Maxime affinis præcedenti, sed minus pendulus, brevior, ramis magis intricatis: primariis crassioribus.

116 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Vterque intus cavus est, quo a sequenti ad finibusque differunt, et ad Coralloidem proprius accedunt.

1102. LICHEN (*hirtus*) filamentosus ramosissimus erectus, tuberculis farinaceis sparsis.
Linn. sp. pl. 1623. n. 78.

Lichen barbatus caulinis teretibus, ramis simplicibus parallelis. *Hall. hist. n. 1973.*

Vsnea vulgatissima tenuior et brevior sine orbiculis. *Dill. musc. 67. t. 13. f. 12.*

Muscus ramosus. *Tab. ic. 807.*

In arboribus, dumetis, sepibus ubique frequens.

1103. LICHEN (*floridus*) filamentosus ramosus erectus, scutellis radiatis. *Linn. sp. pl. 1624. n. 81.*

Lichen barbatus ramis teretibus, surculis parallelis simplicibus, scutellis radiatis. *Hall. hist. n. 1972.*

Vsnea vulgatissima tenuior et brevior cum orbiculis. *Dill. musc. 69. t. 13. f. 13.*

Ad arbores *im Bieniz*, repertus a Clar. HEDWIGIO et KNOLLO.

1104. LICHEN (*barbatus*) filamentosus pendulus subarticulatus, ramis patentibus. *Linn. sp. pl. 1622. n. 73.*

Lichen barbatus, trunco articulo lœvi. *Hall. hist. n. 1970.*

Vsnea barbata, loris tenuibus fibrosis. *Dill. musc. 63. t. 12. f. 6.*

Im Oberholze. Cl. KNOLLE.

1105. LICHEN (*rangiferinus sylvaticus*) fruticulosus perforatus ramosissimus, ramulis nutantibus : quibusdam capitatis. *Linn.*
Sp. pl. 1620. n. 66. var. β.

Lichen caule fruticoso folioso, ramis subnutantibus minute multifidis fungiferis. *Hall. hist. n. 1956.*

Coralloides fruticuli specie candicans, corniculis rufescentibus. *Dill. musc. no. t. 16. f. 30.*

Im Oberbolze, ad terram, in stipitibus arborum de-truncatis putridis.

1106. LICHEN (*furcatus*) fruticulosus tubulosus ramosus, ramis erectis furcatis. *Huds.*
Angl. 458.

Lichen caule fruticoso subfolioso, ramis adscendentibus repetito-bifurcatis punctiferis. *Hall. hist. n. 1954.*

Coralloides corniculis brevioribus et crebrioribus.
Dill. musc. 104. t. 16. f. 27.

Coralloides cornua cervi referens, corniculis brevissimis. *Barr. obs. 1307. ic. 1277. f. 2.*

Musco-fungus montanus corniculatus. *Moris. hist. 3. p. 632. f. 15. t. 7. l. 2. f. 1. Vaill. Paris. 42. n. 3. t. 26. f. 7.*

In sterilibus fabulosis in und am Bieniz, confertim provenit.

1107. LICHEN (*subulatus*) fruticulosus subdichotomus, ramis simplicibus subulatis.
Linn. Sp. pl. 1621. n. 68.

Lichen caule fruticoso erecto, ramis adscendentibus dichotomis. *Hall. hist. n. 1955.*

118 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Coralloides corniculis longioribus et rarioribus.

Dill. musc. 102. t. 16. f. 26.

Coralloides cornua cervi referens, corniculis longioribus. *Tourn. inst. 565. Vaill. Par. 42.*

Muscus corniculatus. *Tab. ic. 809. Baub. hist. 3. p. 707.*

In sylvaticis, apricisque sterilibus, *im Bieniz, Oberholze*, aliis muscis immixtus.

1108. LICHEN (*uncialis*) fruticulosus perforatus, ramulis brevissimis acutis. *Linn. sp. pl. 1621. n. 67.*

Lichen fruticosus lævis perforatus spinosus, ramulis punctiferis. *Hall. hist. n. 1959.*

Coralloides perforatum minus molle et tenue. *Dill. musc. 99. t. 16. f. 22.*

Im Oberholze passim.

Caules aliquoties dichotomi cum ramulo brevissimo ad dichotomiam, et foramine axillari: summitatibus ramorum in dentes seu ramulos tres patulis desinentibus, intra quos pariter foramen est.

1109. LICHEN (*pyxidatus*) scyphifer simplex crenulatus, tuberculis fuscis. *Linn. sp. pl. 619. n. 60.*

Coralloides scyphiforme, tuberculis fuscis. *Dill. musc. 79. t. 14. f. 6.*

Var. 1. Simplex, tuberculis nullis. Dill. A. B.

Lichen scypho infundibuliformi simplici. *Hall. hist. n. 1912.*

Lichen pyxidatus major. *Tourn. inst. 549. t. 325. f.*

D. Vaill. Paris. 115. t. 21. f. 8. Mich. gen. 82. t. 41. f. 1. K.

2. *Idem senescens.*

Fungus terrestris pyxidatus. *Magnol. bort. Monsp. p. 83. c. f.*

Icon. Vaill. Paris. t. 21. f. 7.

3. *Simplex tuberculis sessilibus.* *Dill. C. a. b.*

Lichen pyxidatus major, acetabulo fimbriato et tu-
berculo. *Vaill. Paris. t. 21. f. 11.*

4. *Simplex, tuberculis stipitatis.* *Dill. C. c. c.*

Lichen pyxidatus — receptaculis florum copio-
soribus et rufescentibus. *Mich. gen. 28. t. 41. f.*
2. ibid. f. 1. L.

5. *E disco prolifer, scyphulis solitariis aggregatis-*
que, tuberculis nullis. *Dill. D. E. F. G.*

Lichen infundibulis glabris proliferis. *Hall. hist. n.*
1923.

Lichen pyxidatus prolifer. *Vaill. Paris. 115. t. 21.*
f. 5.

6. *E disco prolifer, scyphulis solitariis aggregatis-*
que tuberculatis. *Dill. H.*

7. *E margine prolifer, tuberculis nullis.* *Dill. I.*

Lichen pyxidatus verticillatus prolifer. *Vaill. Par.*
115. t. 21. f. 9.

Lichen pyxidatus, acetabulorum oris proliferis, re-
ceptaculis florum rufescentibus. *Mich. gen. 82. t.*
41. f. 7. 8. nam in iconibus receptacula florum seu
tubacula desunt.

8. *E margine prolifer tuberculatus.* *Dill. K. L. M.*

125 CLASSIS XVIII. PLANTAE

*Im Bieniz, Oberholze, im Apelischen Garten, et alibi
passim; varietates nonnullæ in muris argillaceis pa-
gorum.*

III. LICHEN (*cocciferus*) scyphifer sim-
plex integerrimus, stipite cylindraceo,
tuberculis coccineis. *Linn. sp. pl. 1618.
n. 58.*

*Lichen scyphifer, infundibulorum fungis coccineis.
Hall. bift. n. 1918.*

*Coralloides scyphiforme, tuberculis coccineis. Dill.
musc. 82. t. 14. fig. 7.*

*Var. 1. Simplex, tuberculis sessilibus aut stipitatis.
Dill. A. F. H. I.*

*Lichen pyxidatus, acetabulorum oris coccineis et
tumentibus. T. Vaill. Par. 15. t. 21. f. 4. Mich.
gen. 82. t. 41. f. 3.*

*Muscus pyxidatus, labellis saturate croceis. Bocc.
mus. 2. p. 142. t. 104.*

2. Simplex, tuberculis totum discum replentibus.

*Lichen squamosus, acetabulis dense aggestis. Vaill.
Par. t. 21. f. 10.*

3. E margine prolifer, tuberculatus. Dill. K. L.

Lichen tubulatus etc. Mich. gen. p. 83. t. 42. f. IX.

4. E centro prolifer. Dill. M.

*In sterilibus fabulosis, ad arborum stipites putre-
scentes etc. am Bieniz, im Oberholze; im Apelischen
Garten an der Lindenallée.*

IV. LICHEN (*fimbriatus*) scyphifer simplex
denticulatus, stipite cylindraceo. *Linn. sp.
pl. 1619. n. 61.*

Var.

Var. 1. Simplex.

Lichen scyphiger, infundibulis ferratis. *Hall. hist.*

n. 1915 - 16.

Coralloides scyphiforme gracile, marginibus ferratis.

Dill. musc. 84. t. 14. f. 8. A. B.

Lichen pyxidatus minor. *T. Vaill. Paris. 15. t. 21.*

f. 6. (an Mich. gen. p. 83. t. 41. f. 4? 5?)

2. Margine prolifer. *Dill. C.*

Lichen infundibulis ferratis proliferis. *Hall. hist.*

n. 1924. 1925.

In terra humida, ad arborum radices, *im Rosenthale, Bieniz, Linkelschen Holze, im Apelischen Garten.*

III2. LICHEN (*gracilis*) scyphifer ramosus denticulatus filiformis. *Linn. sp. pl. 1619. n. 62.*

Lichen infundibulis proliferis et corniculatis erectis.

Hall. hist. n. 1946.

Coralloides scyphiforme ferratum elatius, caulis gracilibus glabris. *Dill. musc. 88. t. 14. f. 13.*

Im Oberholze.

III3. LICHEN (*cornutus*) scyphifer simplex clavatus, scyphis obscuris integris. *Linn. sp. pl. 1620. n. 64.*

Lichen cornubus acutis farinosis subramosis. *Hall. hist. 1903.*

Coralloides vix ramosum, scyphis obscuris. *Dill. musc. 90. t. 25. f. 14.*

In stipitibus putredine consumptis, *im Apelischen Garten, Rosenthale, Bieniz, Oberholze.*

122 CLASSIS XVIII. PLANTÆ

III4. LICHEN (*radiatus*) scyphifer subramosus, cylindraceus, elongatus, scyphis inæqualiter dentatis radiatisque.

Coralloides scyphiforme cornutum. *Dill. musc.* 92
t. 15. f. 16.

Lichen pyxidatus et corniculatus etc. *Mich. gen. 81*
ord. 7. t. 41. f. 3. 4.

In nemorosis; *im Apelischen Garten.*

Stipes prælongus, ut plurimum e latere ramum simplicem subulatum emittens, desinens in scyphulum minus amplum, margine tenuissime denticulatum, dentatum dentibus elongatis plerumque inæqualibus, radiatum, radiis longis, aut proliferum. Tubercula rufo-fusca, apud nos rariora minoraque, in speciminiibus quibusdam, e Groenlandia delatis, permagna, ut totos scyphulos impleant, eadem ratione ac in Coralloide 15 Dillenii. — Ad altiores species scyphiferas pertinet, sed cum prolifer fit, basi decumbere solet.

III5. LICHEN (*foliaceus*) foliis adscendentibus multifido-laciñati subtus niveis scyphiferis: scyphulis conicis brevissimis. *Huds. Angl. 457. n. 62.*

Coralloides scyphiforme, foliis alcicorniformibus cartilagineis. *Dill. musc.* 87. *t. 14. f. 12. A.*

Lichen pyxidatus endiviæ crispæ folio prolifer (superne flavescens inferne albidus) acetabulorum oris crispis. *T. Mich. gen. 82. t. 42. f. 1. 2.*

Muscus digitatus. *Barr. ic. 1278. f. 4. sine scyphis.*

Muscofungus terrestris minor crispus, foliis superne e flavo virentibus subtus albicantibus. *Moris. bist. 3. p. 632. f. 15. t. 7. l. 2. f. 3. f. scyphis.*

In

In elatioribus sterilibus *im Bieniz, im Oberholze; im Rosenthalre.* Cl. KNOLLE.

VAILLANTII icon, sub nomine Tournefortiano t. 21. f. 3. exhibita, nostris speciminibus parum similis est.

III6. LICHEN (*horizontalis*) coriaceus repens planus subtus avenius, peltis marginalibus horizontalibus. *Linn. mantiff. 132. n. 88.*
(*Huds. Angl. 453. n. 48.*)

Lichen fronde rotunde lobata, peltis planissimis.
Hall. hist. n. 1991.

Lichen pulmonarius maximus superne e cinereo rufescens etc. *Mich. gen. 85. t. 44. f. 1. 6.*

In nemoribus, *im Bieniz etc.*

863. LICHEN (*caperatus*) foliaceus repens pallide viridis rugosus margine undulatus.
Linn. sp. pl. 1614. syst. nat. 711. n. 41.

Lichen fronde rotunde lobata rugosa inferne atra et aspera. *Hall. hist. n. 2005.*

Lichen pulmonarius -- major inferne nigricans superne e sulphureo cinereus -- *Mich. gen. 89. t. 48. f. 1.*

Lichenoides caperatum rosacee expansum. *Dill. musc. 193. t. 25. f. 97.*

Ad arbores quascumque; non nisi rarissime scutella profert, qua *in dem Bieniz* aliquando inveni. Color sulphureus parum virescens; scutella spadicea.

862. LICHEN (*fraxineus*) foliaceus rectus oblongus lanceolatus sublaciniatus lacuniferus

24 CLASSIS XVIII. PLANTAE

fus glaber, scutellis subpedunculatis. *Linn.*
syst. nat. 711. n. 37.

Lichen utrinque lacunofus, fronde latissima scutellis uberrimis. *Hall. hist. n. 1995.*

Lichen pulmonarius -- in amplas lacinias divisus.
Tourn. inst. 549. t. 325. f. A. B. Mich. gen. 74.
t. 36. f. 1.

Muscofungus quernus latifolius cinereus etc. *Morif.*
hist. 3. p. 634. f. 15. t. 7. l. 3. f. 14. l. 5. f. 3. 4.

Lichenoides longifolium rugosum rigidum. *Dill.*
musc. 165. t. 22. f. 59.

In salicibus frequens.

117. **LICHEN** (*calicaris*) foliaceus erectus linearis ramosus lacunofus convexus mucronatus. *Linn. syst. nat. 711. n. 36.*

Lichen utrinque lacunatus farinosus et scutellifer.
Hall. hist. n. 1983.

Lichen cinereus latifolius ramosus. *Vaill. Paris. 115.*
t. 20. f. 6.

Lichenoides coralliforme rostratum et canaliculatum. *Dill. musc. 170. t. 23. f. 62. A. B.*

Muscus alter quernus latifolius coralloides αὐλαῖος. *Col. ecphr. 1. p. 334. f. 335. bon.*

Muscofungus arboreus capitulis rostratis. *Morif.*
hist. 3. p. 634. f. 15. t. 7. f. 5.

Arborum truncis adhæret, *im* *Bieniz*, inventus a
DD. HEDWIGIO.

Ad præparationem pulveris cyprii præstantioris præ aliis Lichenis speciebus aptus est. Præparationis modum, olim apud Monspelienses usitatum, docet I. BAVHINVS *Hist. I. Part. II. p. 88.*

118. LICHEN (*farinaceus*) foliaceus compres-
sus erectus ramosus : verrucis marginali-
bus farinosis. *Linn. syst. nat. 711. n. 35.*

Lichen lacunosus complanatus, ramis acutissimis,
orbiculis farinosis marginalibus frequentissimis.
Hall. hist. n. 1981.

Lichen cinereus angustior, scutis in margine seg-
mentorum. *Vaill. Par. us. t. 20. f. 13. 14. 15.*

Lichenoides segmentis argutioribus ad margines
cinereis et pulverulentis. *Dill. musc. 172. t. 23.*
f. 63.

Ad salices, aliasque arbores, copiose.

Scutella in hoc Lichene DILLENIUS numquam
vidit, quam ob rem, et propter maximam hujus
cum præcedente similitudinem, utrumque non nisi
sexu differre suspicatur. Mihi in quercubus *in Bienniz* aliquoties obvenerunt specimina Lichenis, ad fa-
rinacei varietatem E DILL. referenda, aliaque inter
hanc et variet. D intermedia, et verrucas farinosas in
margine, et scutella versus extremitates proferentia,
concava, margine fere ochroleuca, collo brevi insi-
denta, sicut scutella Lichenis calicaris, et Lichenoidis
55 B. G. apud DILLENIUM; a cuius varietatibus
exemplaria nostra consistentia rigidiore, utraqne pa-
gina concolore, et glomerulis farinaceis mere margi-
nalibus satis differunt, ut habitum taceam, et superfi-
ciem microscopio examinatam, quæ omnino Lichenis
farinacei est.

119. LICHEN (*aculeatus*) foliaceus diffusus,
compressus ramosissimus; ramulis furcatis
spinulosis.

126 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Lichen fruticosus durus castaneus, surculis spinosis.

Hall. hist. n. 1965.

Coralloides fruticuli specie fuscum spinosum. Dill.
musc. 112. t. 17. f. 31.

Lichen coralloides aculeatus nigricans. Buxb. cent.
2. p. 10. t. 5. f. 3. 4.

Lichen terrestris angustior ramosissimus fuscus.
Vaill. Par. us. t. 26. f. 8.

Inter Lichenes fruticulosos passim, ut *am Bieniz auf der Anhæhe*.

Color fuscus. Cauliculi compressi, e ramulis et ad
margines spinulas tenuissimas innocuas proferentes.

868. LICHEN (*ciliaris*) foliaceus erectiuscu-
lus: laciniis linearibus ciliatis, (viridibus
acutis) scutellis pedunculatis crenatis. Linn.
syst. nat. 710. n. 28.

Lichen corniculatus planus, ramulis capillaribus,
scutellis petiolatis. Hall. hist. n. 1980.

Lichenoides hispidum majus et rigidius, scutellis ni-
gris. Dill. musc. 150. t. 20. f. 45.

Muscofungus arboreus cinereus scutellatus, margi-
nibus pilosis. Moris. hist. 3. p. 634. f. 15. t. 7. l. 4.
f. 6.

Muscus alter πλανυπυκνοδασύφυλλος. Col. ecpbr.
1. p. 334. f. 335.

Muscus arboreus pyxoides pilosus. Læs. Pruss. 171.
t. 50.

In arboribus ubique. Siccatus cinerascit.

870. LICHEN (*hispidus*) foliaceus laciniatus
albus: laciniis adscendentibus obtusis
pilosis,

pilosis, scutellis sessilibus. *Scop. carn.* I.
p. 110.

Lichen fronde semipinnata canaliculata cinerea.
Hall. bift. n. 2019.

Lichenoides hispidum minus et tenerius, scutellis
nigris. *Dill. musc.* 152. t. 20. f. 46.

Lichen cinereus arboreus, marginibus pilosis, minor.
Vaill. Paris. u5. t. 20. f. 5.

Lichen pulmonarius exiguus etc. *Mich. gen.* 93. t.
50. o. 27. 28.

In truncis arborum variarum frequentissime.

Præcedente longe minor, siccus pariter ac humidus
albus est. Scutella margine vix crenata.

1121. **LICHEN** (*crispus*) gelatinosus, foliis im-
bricatis lobatis truncatis crenatis atro vi-
ridibus, scutellis crenulatis. *Linn. syst. nat.*
710. *Huds. Engl.* 447. n. 26.

Lichenoides gelatinosum atrovirens **crispum** et ru-
gosum. *Dill.* 139. t. 19. f. 23.

In muris argillaceis pagorum v. g. *Burghausen*; im
Apelischen Garten an den Linden auf der Erde.

Scutella recentia atro - viridia, limbo crenato con-
colore, sicca e rufo fusca, margine atro; magna, con-
fertim provenientia. Crediderim figuram 26. C. DIL-
LENII ad hanc speciem potius pertinere.

865. **LICHEN** (*stellaris*) imbricatus : foliolis
oblongis laciniatis angustis cinereis, scu-
tellis pullis. *Linn. syst. nat.* 710. n. 27.

Var. orbicularis, foliolis angustioribus, minus laxis,
etiam ad margines radicatis.

128 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Icon Mich. gen. t. 51. o. XXIX. f. 1. a Dill. musc. t.
20. f. 47. *repetita*, procul dubio *huc spectat*, quam-
vis foliolis justo multoties latioribus sit, siquidem
icon t. 43. f. 2. ad *L. stellarem vulgarem* pertinet.
Auf alten Schindeldächern; auf Steinen.

1122. LICHEN (*granosus*) imbricatus: foliolis
oblongis lobatis, incisis, cinereis, lœvibus,
scutellis nigris margine crenulato.

Lichen pulmonarius faxatilis etc. Mich. gen. 94. t.
51. f. 3. 5.

In tectis ligneis putridis, salicibus.

Orbiculatus, cinereus, continuus, rugosus, segmen-
tis in ambitu imbricatis, oblongis, varie flexuosis, divisis,
sinuatis crenatisque. Scutella in disco plurima, con-
ferta, saepiusque granulis minimis, punctatis, scutello-
rum rudimentis, distincta, margine crenato s. granoso,
disco fusconigricante, ab initio pellicula cinerea tecto,
qua abscedente omnino nigricant. Sequenti quo-
dammodo similis, sed colore, aliisque attributis satis
diversus est.

1123. LICHEN (*pulverulentus*) imbricatus; fo-
liolis lobatis crenatis obtusis viridibus,
polline conspersis, scutellis nigris margine
crenatis.

Lichen fronde semipinnata rotunde lobata *cinerea*,
scutellis nigris. Hall. hist. n. 2016.

Lichen (*orbicularis*) imbricatus foliolis oblongis ob-
tuse multifidis, scutellis subfuscis. Neck. gallob. 509.

Lichenoides glaucum orbiculare, segmentis latiuscu-
lis, scutellis nigris. Dill. musc. 176. t. 24. f. 71.

Lichen pulmonarius crassus etc. Mich. gen. 91. t. 43.
f. 1. 3.

In salicibus, aliisque arboribus, vulgaris.

Recens eleganter et saturate viridis, polline albido, præsertim in ambitu, perspersus; siccus primum cinereus, successu temporis luridus, subtus incanus, radiculis nigricantibus arcte adfixus. Laciniæ latiores quam præcedentis, profundius crenatæ, obtusiores. Scutella in medio copiose congesta, granulisque innumeris permixta sunt, juniora cancrorum calculis similia, nigra, sed farina cinerea obducta, margine crassæ, folio concolorre, æquali; adultiora sèpius angulata aut compressa, nigra, margine tenuiore crenato crispato; utrorumque margo sèpius in foliola ex crescit. Plantæ scutellis destitutæ e dorso rugarum pulverem viridi flavescentem proferunt. -- *Lichenoides viride, segmentis angustis distortis, scutellis pullis* Dill. l. c. p. 178. f. 72. vix nisi extate et magnitudine differt.

1124. LICHEN (*physodes*) imbricatus multifidus: laciniis obtusis subinflatis. *Linn. syst. nat. 710. n. 26.*

Lichen fronde profunde laciniata cava, cornibus pulverulentis. *Hall. hist. n. 2018.*

Lichenoides ceratophyllum obtusius et minus ramosum. *Dill. musc. 154. t. 20. f. 49.*

Lichen pulmonarius - desuper cinereus subtus anthocinus: segmentis teretibus tubulosis -- *Micb. gen. 92. t. 50. f. 1 - 2.*

In corticibus arborum frequens, rariissime florens.

1125. LICHEN (*centrifugus*) imbricatus, foliolis obsolete multifidis lœvibus flavescentibus centrifugis, scutellis rufo-fuscis. *Linn. syst. nat. 720. n. 18.*

330 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Lichen fronde semipinnata rotunde lobata crasse villosa, scutellis peramplis. *Hall. hist. n. 2015.*

Lichenoides imbricatum viridans, scutellis badiis.

Dill. musc. 180. t. 24. f. 75. excluso syn. Buxbaumii.

In lapidibus, præsertim terminalibus, aliisque majoris molis, zwischen dem Berge und Schænfeld, et alibi; frequenter florens.

Nec cum *L. caperato*, cui quodammodo similis, neque cum proxime sequente confundendus est.

In arborum ramis ad *Breitenfeld* cinereum observavi varietatem, forma et scutellorum colore vulgari simillimam.

1126. LICHEN (*muralis*) imbricatus flavo - virescens, scutellis concoloris demum lutescentibus: margine pallido.

Lichen (*pallecens*) crustaceus albicans scutellis pallidis. *Linn. sp. pl. 1610. (non syn.) nomen L. tararei huic melius conveniret.*

Lichen pulmonarius saxatilis glauco - virescens, angustioribus segmentis, receptaculis florum griseis. *Mich. gen. 94. t. 51. f. 4. Segu. Veron. 1. p. 63. n. 22. 3. p. 49. n. 22. descr.*

Lichen fronde laciniata appressa cervina concolore.

Hall. hist. n. 2024. præter syn. Dill.

In lapidibus, præsertim cotaceis, asperibus, trabibusque putridis etc. ubique.

Medius est inter imbricatos et crustaceos, illis tamen propior; orbiculatus flavo virescens, ambitu in laciniis numerosas, imbricatas, angustas, apice dilatatas, crenatas, obtusas, divisus; medio proferens scutella ab initio parva orbiculata, concava, pariter virescentia, margine pallidiore cincta, postea a matua pressione angulosa, planiora, in foliola sœpe ex crescētia, de-

mum, margine obliterato, plana aut convexa, tubercula mentientia, subinde confluentia. Planta emortua siccata ad colorem ochroleucum inclinat, scutella lutescunt, fuscescunt. Est etiam varietas e meris fere scutellis constans absque crusta, aliaque magis foliacea, iconi *Mich. gen. t. 43. f. 4.* quodammodo similis. — Saxis lignisve arctissime adnascitur, et vix nisi frustillatim abradi se patitur; in quo, ut et colore et consistentia friabiliore, et colore inferioris paginæ cinereo, quantum videre possum, a L. centrifugo differt.

Quomodo planta adeo vulgaris oculatissimi DILLENII oculis se subtrahere potuerit, non perspicio. Sub Lichenoidis crustosi orbicularis incani nomine longe aliam plantam eum intellexisse mihi persuasissimum est; nec in tota ejus descriptione ullam video notam characteristicam nostræ plantæ convenientem; contrario illam, cum orbiculatum nascitur, scutella proferre diserte negat. Michelii nomen et figuram hujus loci esse descriptio Seguieriana confirmat.

1127. LICHEN (*pullus*) imbricatus, foliolis lobatis olivaceis, scutellis integerrimis.

Lichen fronde semipinnata rotunde lobata olivacea, scutellis levibus. *Hall. hist. n. 203.*

Lichenoides olivaceum scutellis levibus. *Dill. musc. 182. t. 24. f. 77.*

Lichen pulmonarius saxatilis subtus nigricans, desuper olivæ conditæ colore, receptaculis florum concoloribus. *Mich. gen. 89. t. 51. o. 19.*

In lapidibus passim.

1128. LICHEN (*olivaceus*) imbricatus, foliolis lobatis nitidis olivaceis, scutellis crenatis.

Linn. sp. pl. 1610. n. 21.

132 CLASSIS XVIII. PLANTAE

Lichen fronde semipinnata rotunde lobata olivacea
pulla, scutellis crenatis. *Hall. hist. n. 2014.*

Lichen crustæ modo arboribus adnascens olivaceus.
Vaill. Paris. n. 20. t. 20. f. 8.

Lichenoides olivaceum, scutellis amplioribus verru-
cosis. *Dill. musc. 184. t. 24. f. 78.*

In lapidibus, ad arborum truncos.

Adeo ad finis est præcedenti, ut **DILLENIUS** dubi-
tet, utrum specie differant, an pro varietatibus tantum
habendæ sint. Diversos tamen judicat Perill. **HAL-
LERVS.** Figuram **VAILLANTII** reprehendit **DILLE-
NIUS**; sed nostris speciminiibus egregie convenit.

1129. LICHEN (*subfuscus*) crustaceus albicans,
scutellis nigris : junioribus urceolatis ca-
vis. *Linn. syst. nat. 710. n. 16. sp. pl. 1609.*

Lichen crusta tenace verrucosa cinerea, scutellis ru-
fis marginatis. *Hall. hist. n. 2049.*

Lichenoides crustaceum et leprosum, scutellis sub-
fuscis, *Dill. musc. 134. t. 18. f. 16.*

In arborum cortice, tegulis, cippis etc.

Crusta tenuis, nonnumquam granosa. Scutella nunc
pallidius nunc saturatius fusca, margine ab initio lævi,
tandem (in primis ubi lætius crescit) crenulato, albido.

1130. LICHEN (*ater*) crustaceus albicans, scu-
tellis rugosis nigris. *Huds. Engl. 445. n. 19.*

Lichen crusta glauca verrucosa tenace. *Hall. hist. n.
2050.*

Lichen (*nigricans*) crustaceus albicans, scutellis atris :
margine cinereo lævi. *Neck. Gallob. 504. n. 11.*

Lichenoides crustaceum et leprosum, scutellis nigricantibus majoribus et minoribus. *Dill. musc.*

133. t. 18. f. 15. t. 55. f. 8.

In arborum cortice.

1131. LICHEN (*candelarius*) crustaceus flavus, scutellis luteis. *Linn. sp. pl. 1608. n. 13.*

Lichen fronde laciniata rotunde lobata flava concolor. *Hall. hist. n. 2023.*

Lichenoides crustosum, orbiculis et scutellis flavis.

Dill. musc. 136. t. 18. f. 18.

Ad cortices arborum, in lignis putrescentibus, cippis etc.

Frequenter absque notabili crusta occurrit; scutella subinde margine farinaceo cincta sunt.

1132. LICHEN (*pallidus*) crustaceus cinereus, scutellis pallide carneis margine albo.

Ad cortices arborum.

Crusta cinerea, granulosa, inseparabilis, saepius vix notabilis. Scutella plana, colore lacteo ad carneum tendente, tenera, margine exili lacteo circumdata, remota. Anne potius varietas Lichenis 1137?

1133. LICHEN (*scruposus*) crustaceus cinereus granulosus, scutellis immersis atris; margine crenulato.

Lichen verrucosus albus tenax, scutellis nigris e substantia excavatis. *Hall. enum. 82. t. 2. f. 6. hist. n. 2051. t. 47. f. 6.*

Lichenoides crustaceum et leprosum, scutellis nigricantibus etc. *Dill. musc. 133. t. 18. f. 15. var. B.*

Lichen crustaceus saxatilis farinaceus verrucosus cinereus, receptaculis florum exiguis concavis et

134 CLASSIS XVIII. PLANTAE

nigricantibus in substantia plantæ veluti infixis.

Mich. gen. 97. n. 22.

In muris argillaceis *vor dem Schænfeldischen Schlage.*

134. LICHEN (*capitatus*) crustaceus viridis,
foliis furfuraceis, stipite filiformi, capitulo
globoso. *Linn. sp. pl. 1655. sub MVCORE.*

Lichen crustaceus luteo virescens, tuberculis conco-
loribus stipitatis sphæricis. *Scop. Carniol. 1. p. 76.*

Coralloides fungiforme arboreum etc. e crusta te-
nuissima rugosa luteo - virente nascentis. *Dill.
musc. 78. t. 14. f. 3. var. B.*

In rimis corticis quercuum annosarum, *im Rosenthale.*

135. LICHEN (*sabuletorum*) leprosus virescens,
tuberculis substipitatis planiusculis atris.

Lichenoides terrestre leprosum, crista cinereo - vi-
rescente, tuberculis nigerrimis. *Dill. Giff. 205.*

Ad aggeres fabulosos, in muris argillaceis.

A DILLENI O cum L. sanguinario confunditur;
sequenti autem magis ad fine est. Tubercula stipitibus
brevissimis insident et nisi attente examinentur, sessilia
esse videntur.

136. LICHEN (*ericetorum*) leprosus candidus,
tuberculis carneis. *Linn. sp. pl. 1608.*

Var. tuberculis stipitatis. *Linn. syst. nat. 709. (Dill.
musc. 76. t. 14. f. 1.)*

Lichen - crista granulosa ex albo subcinerea, rece-
ptaculis florum rotundis carneis pediculo insi-
dentibus. *Mich. gen. 100. t. 59. f. 35.*

In pascuis sterilibus siccis limoso fabulosis, ad *Abt-
mauendorf, am Oberholze*, cum Erica vulgari. Altera
varie-

varietas, tuberculis fere sessilibus, majoribus, planioribus, in humidis aut palustribus proveniens, circa Lipsiam nondum lecta est.

1136. LICHEN (*orbiculatus*) crustaceus albicans, tuberculis albis farinaceis.

Lichenoides candidum et farinaceum, scutellis fere planis. *Dill. musc. 131. t. 18. f. n.*

Var. 1. Crusta orbiculata, disco plumbeo rugoso granosoque, ambitu pallidiore margine extimo cinereo, tuberculis nullis. *Dill. fig. C.*

Var. 2. Crusta orbiculata, disco albo cinerascente, tuberculis scutellisve subrotundis, tuberculatis, ambitu obscuriore: margine extimo cinereo.

Lichen crustaceus arboribus adnascens farinaceus albus (l. subcinereus) superficie in acetabulis pulverulentis velut efflorescente. *Micb. gen. 99. t. 53. f. 1. 2.*

Var. 3. Idem, scutellis tuberculisque in pollinem album fatiscentibus. *Dill. fig. A. B.*

1. 2. Lichen (*fagineus*) leprosus albus, tuberculis albis farinaceis. *Linn. sp. pl. 1608. n. 10.*

Var. 4. Idem, orbicularis post pollinis casum calvis, cavis. *Dill. fig. D.*

In arboribus variis; quercu, tiliæ, hippocastano etc. frequens.

Crusta perfectius quam in reliquorum plurimis orbiculata, (nisi ob arborum cortices rimosos aliasve caustas, alia forma succedat) crassiuscula. Pro varietate arborum, quibus innascitur, aliquantulum differt, in primis qui ad fagos proveniens sepius ambitu minus discolor est, receptaculis minoribus magis ad tu-

136 CLASSIS XVIII. PLANTAE

berculorum quam scutellorum formam accendentibus; non tamen specie diversus. — In hoc Lichene, tiliæ adhærente, sæpius cellulas confertas sphericas cavas, nunc clausas, nunc foramine modico hiantes, vidi, a larvis ignoti generis, in iisdem mutationem formæ subeuntibus fabrefactas.

137. LICHEN (*angulosus*) crustaceus albidus, scutellis confertis albidis in tubercula demum abeuntibus.

Lichenoidis candidi et farinacei etc. varietas, candida quidem sed non farinacea, crusta tenuiore, scutellis minoribus ad incarnatum colorem tendentibus. *Dill. musc. 131.*

Lichen geographicus. *Linn. it. scan. 48?*

Lichen (*carpineus*) leprosus cinereus, tuberculis albidis rugosis? *Linn. sp. pl. 1608. n. n.*

In lapidibus, ad variarum arborum, quercus, tiliæ etc. cortices, frequens.

Crusta tenuissima, alba. Scutella admodum conferta, e mutua pressione sæpius angulata, polline tenuissimo candido undique conspersa, colore disci (per microscopium visi) levissime ad cinereum aut carneum inclinante, margine (in junioribus) subinde crenulato, in adultioribus sensim evanescente, ut, disco elevato, in tubercula abeant. — Adultioris color in cinereum transire solet. Margo niger, si adest, ad Lichenem sanguinarium potius pertinere videtur.

138. LICHEN (*fusco - ater*) leprosus fuscus, tuberculis atris. *Linn. sp. pl. 1607. n. 5.*

Ad lapides, muros, v. g. arcis *Pleissenburg.*

1139. LICHEN (*fulvus*) leprosus luteo-viridis,
scutellis fulvis. *Zoega*.

Lichen crustaceus --- verrucosus sulphureus, re-
ceptaculis florum fuscis. *Mich. gen. 96. n. 4?*

In salicis annosum truncis frequens.

Crusta annosa per senium cinerascens. Tubercula
ab initio margine elevatiore pallidiore circumdata, qui-
demum obliteratur.

1140. LICHEN (*sanguinarius*) leprosus cine-
reo-virescens, tuberculis atris. *Linn. sp.*
pl. 1607. n. 4.

Lichenoides leprosum, crista cinereo-virescente,
tuberculis nigerrimis. *Dill. musc. 126. t. 18. f. 3.*

Lichen crustae farinacea virescente, scutellis atris.
Hall. hist. n. 2065.

Arboribus frequenter adnascitur.

Tubercula ab initio vera sunt scutella, margine sub-
tumido nigro, carne fusco-nigra; deinde vero ex-
crescent in tubercula majora convexa margine obso-
leto, carne intrinsecus nucleus ferrugineum, rarius
pulchre sanguineum, continente. Crusta plerumque
linea nigra circumscribitur. Ex observatione Clar.

ZOEGAE.

1141. LICHEN (*rugosus*) leprosus albicans, li-
neolis simplicibus punctisque nigris con-
fertis. *Linn. sp. pl. 1607. n. 3.*

Lichenoides punctatum et rugosum nigrum. *Dill.*
musc. 125. t. 18. f. 2.

*Im Rosenthal, Bieniz, ad arborum, praesertim ve-
getiorum, cortices.*

138 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1142. LICHEN (*scriptus*) leprosus albicans, lineolis nigris ramosis characteriformibus.

Linn. sp. pl. 1606. n. 1.

Lichen bivalvis de rimis efflorescens, ater characteristicus. *Hall. hist. n. 2079.*

Lichenoides crusta tenuissima, peregrinis velut lateris inscripta. *Dill. musc. 125. t. 18. f. 1. t. 55. f. 9.*

Corticibus quercum aliarumque arborum adnascitur, *im Rosenthale etc.*

1143. LICHEN (*geographicus*) leprosus flavescentia, lineolis nigris inappam referens.

Linn. sp. pl. 1607. n. 2.

Lichen crusta inseparabili flava, scutellis nigris confluentibus. *Hall. hist. n. 2063.*

Lichenoides nigro flavum, tabulae geographicæ instar pictum. *Dill. musc. 126. t. 18. f. 5.*

Lichen crustaceus tenuissimus flavo et nigro colore eleganter variegatus. *Buxb. Hal. 187.*

In lapidibus passim: *bey Schœnfeld nach dem Berge hin.*

1144. LICHEN (*antiquitatis*) pulverulentus ater. *Linn. sp. pl. 1638. n. 6. sub BYSSO.*

Lichen crustaceus faxatilis omnium minimus niger. *Hall. hist. n. 2081.*

Reaum. act. Paris. 1729. p. 596. t. 602.

Ad lapides aliquamdiu aeri expositis, in ipso marmore candidissimo. Anne ad Lich. 1138. pertinet?

n45. LICHEN (*flavus*) pulverulentus flavus.

Byssus (*candelaris*) pulverulenta flava lignis adnascens. *Dill. musc. 3. t. 1. f. 4. Linn. sp. pl. 1639.*

Lichen crusta tenuissima flava. *Hall. hist. n. 2096.*

Ad cortices arborum, in asperibus putrescentibus etc. Anne idem cum Lichene 1131?

n46. LICHEN (*croceus*) pulverulentus croceus.

Ad quercus annosas *im Rosenthalē*.

n47. LICHEN (*incanus*) pulverulentus albus, glebulis rotundatis.

Byssus (*incana*) pulverulenta incana, farinæ instar strata. *Dill. musc. 3. t. 1. f. 3. Linn. sp. pl. 1639.*

Ad latera fossarum, *nach dem Bienitz hin*, etiam circa das Oberholz, et alibi. Anne ad 866. referendus?

n48. LICHEN (*lacteus*) pulverulento-crustaceus albissimus. *Linn. sp. pl. 1639. n. 12. sub BYSSO.*

Byssus candidissima, calcis instar muscos *vestiens*. *Dill. musc. 2. t. 1. f. 2.*

In muscis, corticibus arborum.

Particulæ farinaceæ, passim in crustulas degenerantes, difformes.

n49. LICHEN (*viridis*) pulverulentus viridis.

Ad quercus corticem; forte prima stamina Lichenis alicuius.

140 CLASSIS XVIII. PLANTAE

1150. LICHEN (*roseus*) pulverulentus conglomeratus *roseus*.

Cortici tiliarum annosarum adnascitur, in horto *Apeliano* frequens.

Glebulæ parvæ, rotundæ aut irregulares, pulcherimæ, figura et colore floris cobalti, (qualis quarzo inspersus in fodinis subinde occurrit) pulverulentæ: moleculis ejusdem formæ ac pulveris sæpe e lichenibus efflorescentis.

Lichenes hos pulverulentos, a DILLENTIO aliisque ad Byssi genus relatos, præeuntibus MICHELIO, et nuper Perill. à HALLER, genti suæ restituo; siquidem moleculæ earum textura sua cum reliquis Lichenibus ita conveniunt, ut scutellorum absentia ad separationem minime sufficere videatur; præsertim, cum et eorum aliqui in veros Lichenes demum adolescant, et Lichenum leprosorum ultimi pariter hisce fructificationis organis destituantur. Cavendum esse ne ejusmodi plantulæ pro Byssis veris habeantur, etiam monuit Ill. GLEDITSCHIUS Meth. fung. p. 75.

1151. TREMELLA (*crispa*) terrestris tenera
crispa. Dill. musc. 52. t. 10. f. 12.

Ad radices arborum juxta viam cavam versus Gonnelviz.

1152. TREMELLA (*verrucosa*) tuberculosa solida rugosa. Linn. sp. pl. 1625.

Tremella lobata et rugosa. Hall. hist. n. 2127.

Tremella fluviatilis gelatinosa et uterculosa. Dill. musc. 55. t. 10. f. 16.

Linkia palustris gelatinosa etc. *Mich. gen. 126. t. 67. f. 2.*

In stagno ad *Lindenthal*, plantis aquaticis sub aqua innascens, figura, ut proxime sequentis, varia, etiam granorum magnitudine semenis sinapios.

869. TREMELLA (*Noftoch*) plicata undulata.

Linn. sp. pl. 1625.

Tremella terrestris sinuosa pinguis et fugax. *Dill. musc. 52. t. 10. f. 14.*

Lichen gelatinosus plicatus undulatus: laciniis crispis granulosis. *Hall. bift. n. 2041.*

An den Alléen um die Stadt herum.

1153. TREMELLA (*botryoides*) pulverulenta viridis. *Linn. sp. pl. 1639. n. 10. sub BYSSO.*

Byssus botryoides saturate virens. *Dill. musc. 3. t. 1. f. 5.*

Lichen crustaceus verrucosus viridis. *Hall. bift. n. 2089.*

In terra humida agrorum, hortorum cet.

1154. VLVA (*compressa*) tubulosa simplex ramosaque compressa. *Linn. sp. pl. 1632.*

Tremella marina tenuissima et compressa. *Dill. musc. 47. t. 9. f. 8.*

In und an den Gradirhäusern zu Ketschau, aquis falsis innatans.

Filo crassiorem hic numquam inveni.

1155. VLVA (*granulata*) sphærica aggregata.

Linn. fl. Suec. 2. n. 1160. sp. pl. 1633.

Tremella palustris, vesiculis sphæricis fungiformibus. *Dill. musc. 55. t. 10. f. 17.*

142 CLASSIS XVIII. PLANTAE

In inundatis argillofisis: inter *Gautsch* et *Lauer*, in argilla cærulea tenacissima; ad stagna *bey Leutsch*, *Alttranstädt*, *Ketschau*, *Lindenthal*, in argilla alba; frequens.

Plantulæ, ut plurimum aggregatæ, sæpe etiam solitariæ, ab initio minutissimæ, farinam viridem mentientes, cuius moleculæ sphæricæ microscopio tantum distinguendæ sunt, incremento celeri adolescentes in globulos virides, magnitudine seminis viciæ albæ turgidos, sessiles ut videtur, proprie tamen pedunculo insidentes, in limo latitante, aut apice saltim emergente. Ex his globulis, acicula pertusis, aqua effluit gelatinosa, granula innumera minutissima microscopio exhibens, e globulis integris sponte tandem exhalans, et tunicam globuli collapsam sub forma patellæ in limo relinquens, unde brevi nova exsurgit plantula. Ex ejusmodi globulo majore, qui vesperi aqua evaporata subsederat, altero die mane globulum magnitudine capitis aciculæ majoris enatum vidi. — Crusta subviridis amorpha mucilaginosa, quam ~~DILLE~~ huic speciei tribuit, fictitia, et nihil aliud est, quam vel congeries globulorum nondum adultorum, vel reliquæ ruptorum aut senio consumtorum; ubi enim solitaria nascitur, evidenter apparet, e limo, non e crusta quadam, lichenum pyxidatorum more, eam oriri. Reperiuntur etiam plantulæ, quarum figura non sphærica, sed cylindracea, turbinata et vario modo irregularis est.

1156. CONFerva (*bullosa*) filamentis æqualibus ramosis, bullas æreas includens. *Linn.*
sp. pl. 1634.

Conferva pilis tenerimis, vellere gossypiaceo. *Hall.*
bijl. n. 2120.

Confer-

Conferva palustris bombycina. *Dill. musc. 18. t. 3. f. u.*

Alga bombycina. *Baub. pin. 363.*

Wiesenpelz, Wiesenwatte.

In fossis ubique, viget etiam extra aquas in hume-
tatis; nonnumquam post inundationes integra prata
obducit.

Stupam præbet teneram levemque, inservit etiam
vestibus farciendis. **DILL.**

**1157. CONFERVA (abbreviata) palustris, fila-
mentis brevioribus et crassioribus.** *Dill.
musc. 17. t. 3. f. 20.*

Conferva filamentosa, filamentis crassioribus et bre-
vioribus. *Buxb. Halens. p. 79. 78.*

In fossis pratensis ad *Abtnauendorf.*

**1158. CONFERVA (capillaris) filis geniculatis
simplicibus: articulis alternatim compres-
sis.** *Linn. sp. pl. 1636.*

Conferva filis longis geniculatis simplicibus. *Dill.
musc. 25. t. 5. f. 2. var. B.*

Conferva fluitans, filamentis geniculatis. *Pluk. alm.
u3. t. 84. f. 9. Moris. hist. 3. p. 644. f. 15. t. 4. l. 3. f. 3.*

Ad margines *Plisse*, locis umbrosis.

Nostra exæste filiformis, hyalina, isthmis viridibus
intercepta.

**1159. CONFERVA (amphibia) filamentis æqua-
libus ramosis exsiccatione in aculeos co-
untibus.** *Linn. sp. pl. 1634.*

Conferva amphibia fibrillosa et spongiosa. *Dill.
musc. 22. t. 4. f. 17.*

In fossis humentibus ad *Ketschau obnweit der Gra-
dirbäuer.*

144 CLAS. XVIII. PLANT. FLOR. NVD.

1160. BYSSVS (*floccosa*) evanida floccosa nivea.

Dill. musc. 5. t. 1. f. 9. Leyf. Hal. 1045. 1046.

Byssus longissima tenerima nivea. *Hall. hist. n. 2108.*

Byssus major, cellis vinariis innascens latissima etc.

Mich. gen. 211. t. 90. f. 1.

Byssus fructificationibus sparsis, filamentis productioribus crassis, basi latissima etc. *Gled. fung. 22. n. a.*

In cellis ad dolia, trabes etc.

1161. BYSSVS (*coriacea*) perennis densissima albicans.

Byssus — tenuissima ac densissima, filtrum et panum laneum textura sua æmulans. *Mich. gen. 211. t. 90. f. 6. Dill. musc. 7. t. 1. f. 13. & Michelio desumpta; buc videtur referre debere, quamvis sulphureum dicat; color enim in hisce plantulis aliquantulum variabilis videtur.*

Quercum annosarum cortici rimoſo ſepius adcreſcere ſolet.

Albidus ad ochroleucum inclinans, aut ochroleucus, corio ſubtiliori tenuique ſimilis, cortici firmiter agglutinatus, e fibris conſtat capillaribus ſubtiliſſimiſ densiſſime intertextis, microſcopii multum augentis beneficio tantum diſcernendis. An varietas præcedentis ab aere libero mutata?

A D D E N D A.

AD CLASS. I.

1162. CAMPANVLA (*Speculum veneris*) caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis sub-crenatis, calycibus solitariis corolla longioribus, capsulis prismaticis. *Linn. sp. pl. 238.*

Campanula caule procumbente, fructibus prismaticis, floribus rotatis longissime petiolatis solitariis. *Hall. hist. n. 703.*

Campanula arvensis erecta. *Baub. pin. 215.*

Campanula arvensis minima. *Dod. pempt. 168.*

Inter segetes passim rarius.

AD CLASS. V.

1063. CHAMAEMELVM (*tinctorium*) foliis bipinnatis ferratis subtus tomentosis, caule corymboso. *Linn. sp. pl. n. 1261. sub nomine ANTHEMIDIS.*

Chamæmelum foliis pinnatis hirsutis, pionulis simplicibus lanceolatis. *Hall. hist. n. 105.*

Chamæmelum chrysanthemum quorumdam. *Baub. hist. 3. p. 122.*

Buphthalmum tanaceti minoris folio. *Baub. pin. 134.*

Buphthalmum vulgare. *Clus. hist. 1. p. 332. Matth. comm. 652. Tab. ic. 2. p. 70. Blakw. herb. t. 439.*

Chrysanthemum foliis tanaceti. *Loef. Pruss. 47. t. 9*

Ochsenauge, Rindsauge, Goldblume.

Ad viam cavam prope *Lindenau*, qua itur versus
Plagwiz. Cl. KNOLLE. Flor. Iul. August. perennis.
 Folia lanam colore flavo pulchro tingunt.

AD CLASS. VIII.

1164. CHAMAENERION (EPILOBIVM)
 (*parviflorum*) foliis oppositis lanceolatis
 ferratis sessilibus cauleque villosis.

Epilobium foliis longis dentatis villosis, flore parvo. Hall. enum. helv. 410. Schmidel. op. Gesn. 2. fasc. 2. p. 28. n. 72. t. 19. f. 72.

Chamænerion villosum maius parvo flore. Tourn. inst. 305.

Lysimachia siliquosa II. Tab. ic. 855.

Lysimachia siliquosa hirsuta parvo flore major. Baub. pin. 245. prodr. 160. Moris. hist. 2. p. 270. f. 3. t. u. f. 4.

Lysimachia siliquosa hirsuta flore minore. Baub. hist. 2. p. 906.

Icon Oed. Dan. t. 347.

In humidis ad *Schoenfeld*, *Abtnauendorf*, perennis. Pleruinque pro varietate *Epilobii hirsuti* habetur.

Folia in inferiore parte caulis opposita, in superiore alterna, nullo modo decurrentia, sed sessilia, aut potius petiolo brevissimo vix notabili, insidentia, basi rotundata, integerrima, obiter ferrata: denticulis minoribus remotioribusque quam *Epilobii hirsuti*, utrinque villosa, mollissima, minus acuta. Flores parvi. Germen villis undique existantibus hirsutum, tandem calvum. — Varietatem foliis ternis ibidem aliquoties legi.

n65. CHAMAENERION (EPILOBIVM)
(roseum) foliis oppositis alternisque ova-
to-lanceolatis petiolatis ferratis glabris.

Epilobium minus flore albo. Schmiedel. l. c. p. 20.
t. 20. f. 73.

Cum præcedente.

Planta obscura, ab Excellentissimo SCHMIDELIO primum rite definita. Caulis teres glaber, summatis villo candido obductis. Folia inferiora opposita, reliqua pleraque ut plurimum alterna, petiolata, ovato-lanceolata, glabra, (sed in junioribus hirsuties tenera alba nervos obsidet) inæqualiter ferrata, acuta. A concursu petiolorum, ubi oppositi sunt, linea tenera deorsum ad proximum internodium extenditur, unde caulis ibidem anceps; alternorum basi duplice linea simili decurrent. Flores parvi. Petala dilutissime rosea aut albicantia, venis saturatioribus. Stigma clavatum, indivisum. Germen pilis albis densis obductum.

n66. CHAMAENERION (EPILOBIVM)
(obscurum) foliis oppositis alternisque lan-
ceolatis glabris ferratis basi decurrentibus.

Cum præcedente.

